¶ Ex isto patet ꝯseq̄nter ꝙ nulla illaꝝ est ꝓpō. sitiens libenter biberet. pauꝑ libenter esset diues. nec tales orōnes significant vere. imo nec ista sitiens libenter biberet valet tantū sicut ista. sitiens appetit bibere. nam verbo optatiui modi nō correspondet verbum indicatiui modi. nisi tale verbū optatiui modi etiā esset indicatiui modi. q2 alias qōlibet verbuꝫ optatiui modi esset equocū. Sic etiā qua rōne verbo optatiui modi correspondēret verbū indicatiui modi. eadē rōne econuerso cuilibet verbo indicatiui modi deberet correspōdere verbū optatiui modi. ¶ Et si dr. tñ ꝑ tales orōnes ꝯcipit̄ vere. Rñdet̄ ꝙ hoc est verū. sed hoc nō est ꝑse ex ꝑte illaꝝ orationū. sed hoc est ex bonitate intellectus qui naturalit̄ inclinat̄ ad verum. Et sic intellectus audiēs talē orationē sitiens libenter biberet vel cōsilem format eius indicatiuā. non ꝙ talis sibi correspōderet sed ꝓpter bonitatē ipsius intellectus ⁊ eius naturalem inclinationeꝫ ad verū talem ꝓpositionē format. ¶ Item arguit̄. Illa oratio. vtrū hō est aīal est ꝓpositio. ⁊ tamen diffinitio ei nō cōuenit. Assumptū ꝓbatur q2 illa orō significat vere vel false. assumptū ꝓbat̄. quia ꝑs ei⁹ significat vere vel false. ergo totum. q2 quicq̄d pars significat hoc totū significat.

¶ Confirmat̄. Seq̄ret̄ ꝙ illa orō homo ē aīal inq̄ȝtū est ꝑs illi⁹ oīs hō est aīal non esset propositio. Assumptū probat̄. q2 nec significat vere vel

Cur illa hō ē aīal est propō ⁊ nō ista hoīeꝫ esse animal.

differentia

R. ad scđm ꝙ illa petre curre nō est propō.

Indicādo bñ addit̄ i diffinitiōe propōnis

Sitiens libenter biberet nō ē propositio.

Argui̇t̄ primo ꝙ ista vtꝝ hō ē al̄ sit propō.

Scđo. Hō ē aīal existens ꝑs illi⁹. oīs hō ē aīal. nō sit propō.

false. pbaẗ q2 nõ significat ᵬm modũ significandi totalẽ taliter q̃liter est q2 nõ h3 modũ significãdi totalẽ. Assumptũ pbaẗ. q2 est ps alterius.

¶ Confirmaẗ. Illa orõ rex sedet est ppõ. ₇ tñ diffinitio non ꝯuenit sibi.

Tertio Rex sedet. q̃ n est propositio. — Assumptũ pbaẗ. q2 nõ ᵬcat vere vl' false. pbaẗ ₇ ponatur casus q̃ lateat vos an rex sedeat vel nõ. Tũc arguiẗ sic. Ex vobis dubio nõ ᵬcat ṽe. et ex vobis dubio nõ ᵬcat false. ğ etiã ex vobis dubio nõ ᵬcat vere vl' false Tenet ꝯña. q2 ad dubietatẽ copulatiue sufficit dubietas ambaꝝ ꝑtiu3

Quarto Rex sedet. — ¶ Confirmaẗ. Vos dubitatis illã rex sedet ergo habetis dubitationẽ illã significare vere vel false. ¶ Ad primũ argumentũ rñdeẗ cõcedendo

R. ad primum q̃ non est propositio. — q̃ hoc nõ est ppõ. vtꝝ homo est aĩal. Et ad improbationẽ rñdeẗ negando q̃ significat vere vel false. Et ad pbationẽ ps ᵬcat vere ergo totũ. negetur ꝯña. Et ad pbationẽ q̃cquid ᵬcat ps ₇c. ꝯcediẗ hoc. sed nõ qualitercunq̃ ps ᵬcat. taliter totum ᵬcat. q2 ps talis ppositionis ᵬcat sic q̃ ẽ ppositio. sed totum nõ ᵬcat taliter. Et si dr. tñ hoc totũ est questio ergo dubitabilis ppõ. tenet ꝯña ab inferiori ad supi⁹. Tunc vltra. est dubitabilis ppõ ergo est ppõ. tenet ꝯña a parte in modo ad suũ totum

Questio capiẗ tripl'r. — ¶ Pro ista impugnatiõe est sciendũ. q̃ ille terminus questio capiẗ tri- pliciẗ. Uno mõ actiue p signo querente. ₇ sic ly vtrũ est q̃stio. Et est q̃-

Primo. — stio instrumtabilis. hõ aũt est q̃stio principalis. Et isto mõ tũc questio nõ est ppositio. sed ẽ vnum simplex signũ quesitiuũ. ¶ Scdo mõ capiẗ

Secundo — ille terminus q̃stio passiue p propositione cui ꝓponiẗ signũ q̃sitiuum. ₇ sic illa oratio hõ est aĩal inq̃tum sibi ꝓponiẗ signũ quesitiuũ est questio Et sic oĩs questio ẽ dubitabilis ppõ. Et illo mõ hoc totũ Utrũ hõ est

Tertio. — animal nõ est questio sed solũ pars. ¶ Tertio mõ capiẗ actiue ₇ passiue simul p signo quesitiuo ₇ p ppositõe cui ꝓponiẗ tale signũ quesitiuum. ₇ sic hoc totũ. vtꝝ hõ est aĩal ẽ questio. Et sic nulla questio est ppõ. ₇ sic etiã patet solutio argumenti. ¶ Est tñ verũ q̃ ibi est ppõ. vtrũ homo ẽ

nulla questio ẽ ppõ — aĩal. sed hoc totũ nõ est propositio. prima ps patet. q2 hoc ẽ ppõ. ₇ hoc est ibi. ergo ibi ẽ propõ. demõstrando p ly hoc illã hõ est aĩal. tenet ꝯña expositorie. Sed scda ps patet. q2 hoc totũ nõ significat vere vel false. Et sic aliud est dicere ibi est ppõ ₇ hoc ẽ ppõ. nam prima ps valet tantũ sicut in isto loco aliq̃d ẽ propositio. ¶ Ad secundũ argumentũ ẽ ad

R. ad secundum arg. — uertendũ. q̃ ipm tangit vnũ dubiũ vi3. Utrũ ps ppõnis sit ppositio. Et p illo dubio est sciendũ q̃ ps ppõnis cathegoricẽ etiã hypotetice est

Pars ppõnis cathegorice ₇ hypothetice ẽ ppositio — ppositio. de pte hypotetice patet in tali vl' ꝯsili ppositõe hõ currit ₇ de⁹ est vbiq̃ q̃libet ps principalis ₇ materialis ẽ propositõ cathegorica. q2 quelibet talis ᵬcat vere vel false. q2 ad veritatẽ copulatiue requiriẗ veritas ambaꝝ partiũ. Et si nulla ps esset ppõ nulla significaret vere vl' false. Sed de pte cathegorice etiã patet in illa vel cõsimili orõne. hõ vl' asinus currit. ₇ sit casus q̃ sortes ꝓferat illam. ₇ plato obaudiat ly hõ ₇ ly vel. ita q̃ solũ audiat illam asinus currit. tunc illa orõ ᵬcat vere vel false

Pars propõis cathegorice inq̃ntu3 ps est propositio. non tñ q̃libet ps ẽ propõ. — quia platoni. ex q̃ plato apprehẽdit eã vt totũ. ₇ tñ etiã est ps. q2 illi⁹ totius hõ vel asinus currit. ¶ Sed tñ hec nõ fuit difficultas dubij predicti. sed difficultas stetit in hoc an ps ppositionis cathegorice sit ppositõ inq̃ntũ ps. ¶ Et est dicendũ ᵬm cõmuniorem viam q̃ sic. vt patet de illa

De Propositione

oratione homo est animal inq̃ʒtum est ps illius oĩs homo est aĩal que ẽ
propositio. etiam inq̃ʒtum pars quia habet eundem modũ significãdi
inq̃ʒtum est pars sicut inq̃ʒtum est totũ. Si ergo est ꝓpositio vt totum
erit propositio vt pars. tenet consequentia. quia termini eodem modo
significant prout est pars ⁊ ꝓut est totum. Est tamẽ verꝫ ꝙ dubiũ vt sic
solum particulariter est verum. Sed vniuersaliter est falsum. quia non
quelibet pars ꝓpositionis cathegorice est propositio. patet de ista parte
albus homo in ista Sortes est albus homo. que non est ꝓpositio. Si//
militer patet de subiecto etiam de predicato. etiã de copula que sunt par
tes propositionis cathegorice et tamen non sunt propositio ¶ Nec ex h
sequit᷑ ꝙ talis vel ꝯsimilis Omnis homo est animal sit hypotetica. q̃a [Illa Oĩs hõ ẽ aĩal n̄]
licet ipsa habeat duas cathegoricas videlicet. omnis homo est animal [ẽ propõ hipotetica. lꝫ]
⁊ istam homo est animal. tamẽ ꝓpter hoc non erit hipotetica. Nam ad [habeat duas cathego]
hoc ꝙ aliqua ꝓpositio sit hypotetica requiritur ꝙ habeat copulam que [ricas.]
terminetur expresse vel implicite in ambas propositiones tanq̃ʒ in par//
tes principales ⁊ materiales. ⁊ hoc nõ est ibi ¶ Ex illo patet ꝙ ista ora
tio homo currit inq̃ʒtum est pars illius homo albus currit. non est ꝓ//
positio ſm illos qui dicunt ꝙ etiam sic debet fieri in propositõe cathego
rica. videlicet ꝙ si propositio cathegorica debet constitui tunc oportet ꝙ
copula terminetur in illos terminos tanq̃ʒ in extrema totalia. Nõ hoc
non esset in predicta. Potest tñ ꝓbabiliter dici ꝙ talis propõ sit proposi
tio. etiam inquantum ps. imo generaliter quelibet oratio que se sola et
seorsum sumeretur esset propõ. Etiam adhuc manet propositio inquã
tum apte ⁊ congrue coniungitur cum alia. sic videlicet si totuꝫ aggrega//
tum est ꝓpõ tunc etiam pars in tali aggregato est propositio. que ps si
seorsum sumeretur esset propõ. ¶ Est consequenter dicendum ꝙ non
oportet ꝙ copula propositõis cathegorice terminetur in subiectum ⁊ p̄//
dicatum tanq̃ʒ in extrema totalia. sic videlicet ꝙ ista dicerentur extrema
totalia que non sunt partes alterius. Sed sufficit dicere ꝙ illa extrema
sint totalia. i. habentia modum significandi totalem. ¶ Et ille dicitur
modus ſcandi totalis in proposito qui oritur ex significatione oĩm ter// [Modus ſcandi total᷑]
minoꝝ in tali oratione positoꝝ ⁊ simul sumptorum. Et sic etiam debet
capi lꝫ totalem in diffinitione propositionis vere vel false. Et sic ps bñ
habet modũ ſcandi totalem. ¶ Ad tertium argumẽtũ dr̄ negãdo assũ [R. ad tertiũ argum̄.]
ptum. quia illa oratio rex sedet non sit propositio. et ad probationeꝫ ne//
getur ꝙ non significet vere vel false. et ad probationem cõcesso assũpto
negetur consequẽtia. nec ad dubietatẽ disiunctiue sufficit dubietas am//
baꝝ partiũ sed requirit᷑ ꝙ tota disiũctiua aliũde nõ sciat᷑ esse vera. ⁊ ita ẽ
in argumẽto. q᷑ scit᷑ bñ ꝙ ista orõ rex sedet est propõ. ergo scitur ꝙ signi//
ficat vere vel false. Et ista propõ ex tibi dubio illa oratio rex sedet nõ si//
gnificat vere valet tantũ. illa propõ est tibi dubia illa oratio non signi//
ficat vere rex sedet. imo talis orõ in rei veritate significat mihi sicut vni
qui est cum rege. Et huic qui est cum rege cum significat ꝟe vl᷑ false. er//
go etiã mihi. Sed ꝙ ipse scit ⁊ ego non q̃ꝺ istoꝝ hoc est ideo q᷑ ipse scit
habitudines regis ⁊ videt tales ⁊ non ego. Ex illo patet ꝙ ille due stãt

sortes ē albus hō

6 2

simul. ex tibi dubio significat vere ꝛ ex tibi dubio nõ significat vere. nec
ille due sunt ꝯtradictorie. qꝛ ly dubio in ambabꝫ est ꝑticularitas ¶ Ad

R. ad q̃rtū argumētū

quartū rn̄detꝛ negando ꝯn̄am. qꝛ licet ego dubitē illam rex sedet tn̄ non
dubito istā significare vere vel false. qꝛ ego nõ dubito eā eē ꝓpositionē
sed scio eam propositōem esse qꝛ dubiā. Et propositio dubia eque ē ꝓ-
positio sicut vera vel falsa. ḡ scio eā significare vere vł false. cū oīs propõ
significet vere vel false. Et non valet ꝯn̄a. ego dubito eam significare
vere ꝛ ego dubito eam significare false. ḡ dubito eam significare vere vł
false Nec arguitꝛ a copulatiua ad vnā de disiuncto extremo qꝛ ly dubito
in ꝯsequente facit vnam de consensu ꝯposito ꝛ valet tantū ꝯn̄s. ego du

Datꝛ propõ q̄ est v̄a et falsa ꝛc̄.

bito illam orationē ipsa significat vere vel false. ¶ Correlariū. Datꝛ vna
propositio q̄ est vera ꝛ falsa ꝛ que nec est vera nec falsa. ꝛ in tali correla-
rio ly et debet capi copulatim ꝛ negatio infinitāter. ꝛ tūc est sensus. Da
tur ꝓpositio q̄ est cōposita ex quattuor ꝑtibꝫ quaꝝ vna est vera alia fal
sa. alia est ens qd̄ nõ est veꝝ. alia ē ens qd̄ nõ est falsum. vt patet de illa
propositōe hõ est asinus nõ ꝛ deꝰ est. que hꝫ q̃ttuor ꝑtes. vnā que est v̄a
vt deus est. aliā que ē falsa vt hõ est asinꝰ. aliam q̄ nõ est vera. vt ly non

Ego reꝰ ꝛ ꝯscius con-fiteor.

aliā que nõ est falsa. vt ly et. ¶ Diceres. Quid de illa orõne. ego reꝰ ꝛ cõ
scius cõfiteor. dicendū est ꝙ sit ꝓpõ. ꝛ ly et nõ capitꝛ copulatim nec copu-
latiue sed specificatiue. ꝛ valet tantū. Ego reus existens cõscius ꝯfiteor

Utinā essem bonꝰ clericus. ꝛ si℞es.

¶ Correlariū. Tales nõ sunt ꝓpões. vtinam essē bonꝰ clericꝰ. infirmꝰ
libenter esset sanus. sitiēs libēter biberet. qꝛ non sunt de v̄bo indicatiui
modi. ¶ Unde est regula Qn̄ aliq̄d est propositio de inesse cathegorica

Regula.

tunc semꝑ oꝑtet ꝙ sit expresse vel implicite de verbo indicatiui modi. et
sic non est de p̄dictis. Dicitꝛ qn̄ est aliq̄d propositio cathegorica ꝓpter
hypoteticas. ibi nõ oportet ꝙ sit de verbo indicatiui modi. Exemplum

Dubitabilis propõ.

Si sortes curreret sortes moueretꝛ. ꝛ sic de alijs ¶ Ulterius est sciendū
ꝙ dubitabilis ꝓpositio ē propositio cui ꝑponitꝛ aliqd̄ signū q̄sitiuum. vt
q̄s currit. vtrū hõ est aīal. ¶ Correlariū. Triplex est ꝓpõ scꝫ vocalis. ꝛ ē
vox vel voces que sunt propositio. Mentalis est aggregatū mētale exi-
stens propõ. Sed scripta est orõ scripta q̄ est propõ. ¶ Notandū pro-

Propõ necessaria

positio necessaria est ꝓpositio q̄ sic se habet qd̄ sicut ꝑ eā significatꝛ signifi
catione totali ꝛ ꝓpositionali ita necesse est esse. i. ita nõ põt nõ esse. Et in

Propõ de mõ loquendi incõsueto

tali diffinitione ly esse debet absolui a tꝑe. Sed propositio de mõ loquē
di incõsueto. est propositio qn̄ subiectū vel p̄dicatū nõ ponitꝛ in suo vero
loco sed vnū ponitꝛ loco alterius Sed propositio de est secūdo adiacēte

Propõ de ē scd̄o adiacente.

est propositio vbi vltra ly ens vel ly est nõ est aliud p̄dicatū vt hõ ē ens
hõ est. Sed propositio de est tertio adiacente est propositio vbi vltra ly

Propõ de ē tertio adiacente

est vel ens est aliud p̄dicatū. ꝛ vlteriorem diuisionē illius termini ꝓpo-
sitio propter breuitatē recitare supsedeo.

Propositionum alia cathegorica: alia hypothetica.

Textus de rigore non valet.

¶ Pro ista littera est notandū. ꝙ sicut ipsa ponitꝛ in verbis nõ est diui-
sio. qꝛ nõ est propositio. qꝛ ibi nullū ponitꝛ verbū. mõ oīs diuisio debet

Diuisio ppositionis in cathe. ꝛ hip

ppositio hypotetica ¶ Pro quo est sciendū ꝙ ille terminus diuisio in ꝓposito capit̃ ꝓ termino secunde intentiōis ꝛ nō ꝓ termino prime intentionis Nā diuisio ꝓ termino prime intentionis Est vnius rei ab alia separatio. de quo nō est ad pn̄s. Sed capiēdo illum terminū diuisio pro termino secunde intentōis describit̃ sic. Diuisio logicalis est ꝓpositio hypotetica copulatiua affirmatiua in cuius prima pte ponit̃ diuisū in genitiuo plurali ꝑsonaliter captū cum vno mēbro diuidentiū vel cū pluribus. Et cū vno signo diuisiuo vel cum pluribus Et in alia parte copulatiue ponit̃ aliud mēbrū diuidens vel alia membra diuidentia cum signo diuisiuo vel plurib9. ita tm̄ ꝙ mēbra diuidentia sint inferiora ad diuisum ꝛ ꝙ disiunctū ex mēbris diuidentib9 cōuertatur cum ipso diuiso.

Diuisio logicalis ꝙ ꝛc.

¶ Dicit̃ primo est ꝓpō hypotetica ꝑ hoc habet̃ ꝙ nihil est diuisio nisi sit ppositio ꝛ qd̄ vt sic nulla ꝓpositio cathegorica est diuisio. Dicit̃ copulatiua ad excludendū disiunctiuam q̄ nunꝗ est diuisio vt sic. Dicit̃ in cuius prima pte ꝛc. Per hoc innuitur ꝙ ibi nō est diuisio soni alius est sonus, vox. alius est sonus nō vox. Silr̃ ppositionis alia est cathegorica. alia est hypotetica. Dicit̃ ꝑsonaliter captum. q2 ibi nō est diuisio bu. aliud est vocale. aliud est scriptum ꝛ aliud ē mentale loquendo saltē de vocali vel scripto. Est tm̄ mentalis eius diuisio. q2 in eius mentali ly bu capitur ꝑsonaliter eo ꝙ significat naturaliter ꝓprie. Dicitur cū vno mēbro diuidentiū vel plurib9 ꝛc. q2 qn̄ꝗ in prima pte copulatiue ponit̃ vnum membrū diuidens. vt in presenti diuisione nostra. Qn̄ꝗ ꝟo ponuntur plura membra diuidentia. vt patet in ista diuisiōe ppositionū cathegoricaꝝ alia est vniuersalis ꝛ alia est particularis ꝛc. vbi indifferenter primū ly et pōt capi ꝓ copula principali. vel secundum vel tertiū vel quartum. Et ſm̄ hoc tūc erit alia ꝛ alia ps prima principalis copl'atiue. etiā tunc ponunt̃ plura vel pauciora mēbra diuidentia in prima pte copulatiue. Sic etiā dicendū est de signis diuisiuis.

¶ Ex ista diffinitōne tota habetur ꝙ ad bonā diuisionē tria requirunt̃. Primū ꝙ sit ꝓpō hypotetica copulatiua affirmatiua in q̄ diuisū ponit̃ in gtō plurali ꝑsonalit̃ captum. Secundū est ꝙ mēbra diuidentia sint inferiora ad diuisum. ꝓpter hoc ibi non est diuisio. hoīm alius est risibilis ꝛ alius est flebilis. q2 nullus hoꝝ terminoꝝ est inferior ad ly hō. Et nō oportet ꝙ mēbra diuidentia sint quiditatiue inferiora ad diuisum. sed sufficit ꝙ sint inferiora in supponendo. Tertiū est ꝙ disiunctū ex mēbris diuidentib9 conuertat̃ cum diuiso. i. membra diuidentia coniuncta ꝑ cōiunctionē disiūctiuā ꝛ ipm̄ diuisum sint termini ꝯuertibiles. ꝓpter hoc ibi nō est diuisio aīaliū aliud est coloratū ꝛ aliud ē rubeū ꝛ aliud est nigrū ꝛc.

Tria reꝗrunt̃ ad bonam diuisionem.

Primum.

Secundum.

Tertium

¶ Correlariū. Diuisio annalogi in sua annalogata nō est diuisio sicut hic capitur. q2 diffinitio diuisionis sibi nō ꝯuenit neꝗ illa tria reꝗsita sunt i tali. Est tm̄ bona diuisio capiendo illū terminū diuisio large. vt ibi hoīm alius est pictus ꝛ alius est viuus.

Intellectus diuisiōis

¶ Debet ḡ diuisio cū diuiso sic poni. Propositionū. i. de numero ppositionū alia. i. quedā est ppō cathegorica. ꝛ alia. i. ꝛ illa que in certo eius sensu nō est cathegorica est hypotetica. Dicit̃ notanter que in certo eius sensu. q2 si ppōes sunt multiplices

tunc eadem ꝓpō est cathegorica ⁊ hypotetica. vt patet de illa vel ꝯsimi-
li magistro legēte pueri ꝓficiūt. que ē cathegorica ꝑut isti ablatiui regū-
tur a ly ꝓficiūt. Et est hypotetica ꝑut isti ablatiui ponunt̄ in designatō-
ne ꝯn̄e. Si aūt ꝓpōnes nō sunt multiplices tūc nunq̄ȝ eadē ꝓpō ē cathe-
gorica et hypotetica. Correlariū. Pe. hīſ. ꝑ illā diuisionē tantū volu-
it q̄ ois ꝓpō aut ē cathegorica aut hypotetica. ¶ Arguit̄ Aliq̄ est ꝓpō q̄
nec est cathegorica nec hypotetica. igit̄ diuisio mala. Assumptū ꝓbat̄ d̄
illa orōne. sit q̄cq̄d sit rn̄dens male rn̄dit. illa est ꝓpō ⁊ tn̄ nec ē cathegori-
ca nec hypotetica. ¶ Confirmat̄. Illa est ꝓpō ⁊ tn̄ nec ē cathegorica nec
hypotetica. Siue placeat vobis siue displiceat vobis ego arguo vobis
q̄ȝ nō videt̄ qd̄ illoꝝ. ¶ Confirmat̄. Ista ē ꝓpō ⁊ tn̄ nec ē cathe. nec hy-
po. Nō est dubiū q̄n rn̄dens sit in scholis. q̄ȝ nō videt̄ qd̄ illoꝝ. ¶ Cōfir-
mat̄ de illa. Sortes ē vel non est asinus. q̄ est ꝓpō. ⁊ tn̄ nō est cathe. nec
hypo. q̄ȝ nō videt̄ qd̄ illoꝝ. ¶ Ad primū argumētū rn̄det̄. negando q̄
talis orō vel ꝯsil'is assumpta in argumēto sit ꝓpō. imo dicēdū est q̄ tal'
orō est simpl'r incōgrua. ⁊ est oratio plures ⁊ nō vna. ⁊ ꝑ ꝯn̄s nō est ꝓ-
positio. ⁊ ꝑ ꝯn̄s nec cathegorica nec hypotetica. q̄ȝ veꝝ ⁊ falsum p̄suppo-
nūt cogruū. q̄ȝ in tali oratōe ponunt̄ tria v̄ba sine ꝯiūctione media q̄rū
vnum q̄ȝuis restringat̄ ꝑ signū restrictiuū inclusum in ly q̄cq̄d tn̄ alterū
nō restringit̄ neq̄ȝ tertiū. Et sic faciūt orōem plures. ¶ Ibi tn̄ est ꝓposi-
tio. q̄cquid sit rn̄dens rn̄det. ⁊ ly rn̄dens est subiectū. ⁊ ly respōdet copu-
la. p̄dicatū est hoc totū rn̄dens est ens qd̄ est ens. ¶ Ad secundū argu-
mentū rn̄det̄. q̄ oratio assumpta in argumēto ē vna cathegorica ⁊ n̄ hy-
potetica. ⁊ illa duo verba placeat ⁊ displiceat nō sunt indicatiui modi.
et g̊ ibi non essent plures orōnes ꝓpōni ꝓportionabiles. neq̄ȝ eēnt plu-
res ꝓpōnes ꝑtiales. Et ille due ꝯiunctōes ibi posite ꝯiungūt sil'es ca-
sus scȝ ly vobis ⁊ ly vobis. Et primum ly vobis regit̄ a ꝑte post a ly ar-
guo. Sed secundū ly vobis regit̄ a ꝑte post a v̄bo impersonali. Et sic
ly ego est subiectū. arguo ē copula si v̄ba sunt incōplexa. vel ly sū si v̄ba
sunt ꝯplexa. predicatū ē hoc totū. arguo vobis siue displiceat siue place-
at. ¶ Sed ista ē ꝓpō hypotetica disiūctiua. ego arguo vobis siue placȝ
siue displicet vobis. ⁊ hȝ plures cathegoricas ꝓpōnes. nam si primum
ly vel capit̄ ꝓ copula principali. tunc prima ꝑs disiūctiue est illa ego ar-
guo vobis. Et secunda ꝑs est illa tota disiūctiua. vobis placet vel vo-
bis displicet. Si aūt scōm ly vel capit̄ ꝓ copula principali tūc prima ꝑs
est illa disiunctiua. ego arguo vobis vel vobis placet. Secunda ꝑs ē il-
la vobis displicet. ¶ Ad tertiū argumentū rn̄det̄. negādo ꝯn̄am q̄ ta-
lis orō vel ꝯsil'is. nō est dubiū q̄n rn̄dens sit in scholis nō sit ꝓpō cathe-
gorica vel hypotetica. Nā talis est ꝓpō v'lis negatiua. ⁊ id qd̄ sequitur
ly dubiū stat material'r. eo q̄ ly dubiū in talibꝫ orōnibꝫ capit̄ ꝓ termino
secunde intentiōis. ⁊ valet tātū sicut ꝓpō dubia. Et sic ꝓpositio assum-
pta in argumēto valet tātū ꝓpō sortes rn̄det non est dubia. Et vltima-
te valet illā. nō est dubiū sortē rn̄dere. Et ibi ly sortē rn̄dere capit̄ mate-
rialiter ꝓ tali oratione indicatiua sortes rn̄det. vel sibi simili in mō signi-
ficandi principali ⁊ essentiali. Et sic ly quin in tali orōne non capit̄ vt in

Arguit̄ primo de illa. Sit q̄cq̄d sit rn̄dens male respondet

Scōo de illa. siue placeat vobis siue displiceat ego arguo vobis

Tertō d̄ illa. Nō ē dubiū q̄n rn̄dēs sit i scol'.

Quarto de illa. sortes ē vel nō est asinus.

R. ad primū argumētū q̄ nō ē ꝓpō

R. ad scōm q̄ ē cathegorica

Ego arguo vobis siue placet siue displicet vobis

R. ad tertiū q̄ ē v'lis negatiua.

cludit negationē infinitanter tentā. Sed capit pure restrictiue vt valet tantū sicut quidā.

R. ad quartum

¶ Ad quartū rñdet. ꝙ ipm tangit duas opiniones multū famosas de ꝓpōnib⁹ vīꝫ de disiunctis copulatis aut cōditionatis copl'is.

Prima opinio ꝙ ꝓpōnes de disiūctꝫ ⁊ copulatꝫ copulis sūt hypotetice.

¶ Una opinio tenet ꝙ oēs tales sunt hypotetice sortes ē vel non est asinus. homo est vel fuit aial. sortes si est hō est animal. Et habet ꝓ se ista motiua. Nā in illa ponunt duo verba eq̄ principalia quorū qōlibet reqrit duo extrema in q̄ terminent act⁹ taliū ṽboꝝ. ⁊ sic ibi erūt quattuor extrema implicite. Et ꝑ ꝯñs due ꝓpōnes cathegorice vna cū nota ꝯditionali. ¶ Secūdū motiuū. Ex quo ille ꝯiūctiōes sunt sincathegoremata. tūc nō pñt ꝯiūgere alia sincathegoremata. eo ꝙ vnū sincathego. saltē nō aduerbiale nō pōt ferri in aliud sincathegorema immediate ⁊ ꝑ ꝯñs tales ꝯiūctiones nō coniungūt solū copulas sed totales ꝓpositiones cathegoricas. imo etiā nō est incōueniēs ſm illā opinionē vnum sincathegorema exercere officiū circa aliud sincathegoreuma. dūmō tñ ambo terminant in cathegoremata. hoc est in subiectū ⁊ p̄dicatū. Sic est in istis. nō tm̄ hō est aial. nō ois hō p̄ter sortē est aial. vbi ly nō fert in ly tm̄ vl' p̄ter ⁊ in copulā.

Contra istā opinionē

Arguitur primo.

¶ Cōtra istā opinionem arguit in tali vl' ꝯsili orōne sunt solū duo extrema totalia. ⁊ ꝑ ꝯñs vna sola propō cathegorica.

Secundo.

¶ Et iterū. Sicut dat subiectū ⁊ p̄dicatū ꝯplexū in cathegorica. sic etiā pōt dari copl'a ꝯplexa.

Tertio

¶ Et iterū. Seqret si tales non essent cathegorice ꝙ darent due p̄misse cathegorice bñ disposite ex q̄b⁹ nō possit fieri ꝯclusio syllogistice. ꝯñs falsuꝫ est. sed assumptū ꝓbat de istis p̄missis omnis hō vl' asinus est ego vl' tu ⁊ ego sum hō. ille em̄ p̄misse sunt bene disposite distribuēdo solū ꝑtem disiuncti. Et tñ nō pōt alit inferri conclusio nisi in ea ponant duo ṽba ꝯiūcta ꝑ cōiunctionē disiunctiuā vt sic ergo ego vel asinus sum vl' est ego vel tu. Nō ſm aduersariū ꝯcl'o esset hypotetica ⁊ p̄misse essent cathegorice. mō nunq̄ causat sillogismus tali modo.

Scōa opinio tenet ꝙ sint cathegorice

¶ Propter ista argumēta vl' motiua est alia via ⁊ cōior q̄ tenet ꝙ oēs ꝓpōnes de disiūctis vel copulatꝫ copulis sint cathegorice. Et hꝫ ꝓ se motiua supra tacta. Nā in tali sortes ē vel nō est asinus ly sortes est subiectū. asinus p̄dicatū. hoc totū est vel est copula. ⁊ ly nō nō est ꝑs copule saltē ponēdo negatōes in mēte. sed si nō ponuntur in mēte tunc h̄ totū aggregatū ex ly est ⁊ actu diuisiuo vna cū ly vl' est copula. Nec ex h̄ sequitur ꝙ ipsa sit falsa. q2 licet extrema nō supponāt ꝓ eodem. tñ hoc ñ reqritur rōne oīm sincathegorematū in tali orōne positoꝝ. licet bene q̄n tum esset precise ratione copl'e. hoc requireretur saltem non ponēdo negationes in mēte. tūc rōne istius totius reqritur ꝙ p̄dicatū ꝯpetat subiecto vel ꝙ non ꝯpetat ⁊ ita est.

Si aliq̄s termin⁹ ampliat in resoluēte etiaꝫ debet ampliari

¶ Est igitur sciendū ꝙ quelibet illarū viaꝝ satis cōmunis est ⁊ ꝓbabilis. Teneūdo ḡ primā opinionem vīꝫ ꝙ tales sunt hypotetice Est sciendum ꝙ si in aliqua tali ꝓpositione de disiuncta vel copl'ata copula aliquis terminus ampliatur tunc in resoluendo talē ꝓpositiōem in hypoteticā tal' terminus in vna suaꝝ partiū etiam debet ampliari. Et sic ista ꝓpō Sortes est vel fuit non album ñ valet istā disiunctiuam Sortes est nō album vl' sortes fuit non album quia ista disiunctiua est vera in casu istius ꝓpositionis albū fuit sortes.

quia vna pars est vera scʒ sortes fuit nō albū. Et ratio quare non valet eā quia ly albū ampliatᷣ in illa de disiūcta copula. ⁊ in nulla pte disiūctiue ampliatᷣ. Sed valet illā. sortes est nō albū qđ ē vel fuit. vel sortes fuit nō albū qđ est vel fuit. nec sufficit ꝙ talis terminus in vna amplietur

Regula

Quia est regula. qñ termin⁹ aliqs infinitatᷣ vel distribuitᷣ in ꝓpositione de disiuncta copula ad aliquas differentias tēpoꝝ tunc talis terminus in qualibet pte disiunctiue debet eodem mō accipi ad easdem differentias tēpoꝝ.

Quō tľes ꝓpōnes debent resolui.

Consequenter est sciendū ꝙ quelibet talis ꝓpō ō de disiūcta copula cui⁹ primū li est affirmatᷣ ⁊ li vel. ⁊ scđm verbū negatᷣ ⁊ subiectū distribuitᷣ. ⁊ copule importāt idē tp̄s valet vnā ꝓpōnem disiūctiuā ꝯpositā ex ptib⁹ ꝯdicentib⁹ vt illa. ois hō est vel non est asinus. valet illā disiunctiuā. ois homo ē asinus. vel hō nō est asinus. ⁊ nō valet illā. ois homo est asinus vel ois hō nō est asinus. ⁊ sic q̄libet talis ꝓpositio erit necessaria. Quelibet aūt propositio cuius subiectū nō distribuitᷣ ⁊ ē terminus cōis valet vnam disiunctiuā cōpositā ex partib⁹ subcōtrariātib⁹. vt illa. hō est vel non est albus valet illam hō est alb⁹ vel homo nō est albus. Sed ꝓpositio de copulata copula que hʒ se sic sicut dictuʒ ē supra. valet vnam copulatiuā cōpositā ex partib⁹ contradicentib⁹. vt illa. ois hō est ⁊ nō est asinus valet illā ois hō est asinus ⁊ hō nō ē asin⁹. ⁊ sic quelibet talis est ꝓpō falsa ⁊ impossibilis. Si aūt subiectū non distribuitᷣ ⁊ est termin⁹ cōis tunc valet vnā copulatiuā compositā ex ptib⁹ subconrrariantib⁹. Isto adiecto ꝙ in scđa pte copulatiue subiecto addatur relatiuū identitatis. vt homo est ⁊ nō est asinus. valet illā hō est asinus ⁊ idē hō nō est asinus. ⁊ hoc ꝓuenit ex diuersitate illarū duaꝝ notarum et et vel q̄ hn̄t diuersos modos denoiandi.

Nō quelibet copľatiua requirit duo extrema

Tenendo ꝟo scđam opinionem est dicendū. ꝙ nō oportet qđlibet verbū etiā principale i ꝓpositione positum habere duo extrema diuersa. sed sufficiūt eis eadem. Et si dicatur. tñ quodlibet verbum est nota coꝝ que de altero dicuntur ergo videtᷣ ꝙ qđlibet tale requirit duo extrema. Rñdetᷣ ꝯcedendo ꝙ qđlibet talium ꝟboꝝ est nota coꝝ ⁊c. nec oportet oēm notā hr̄e sic duo extrema. sed hoc est veꝝ de nota que ē copula principalis ⁊ totalis. Modo nullum illoꝝ verboꝝ est copula totalis sed aggregatum ex ipsis vna cū ꝯiunctione est copula totalis. ⁊ sic patet solutio ad motiua prime opinionis..

Propositio de disiuncto extremo

Notandū ꝙ ꝓpositio de disiuncto extremo. est ꝓpō cui⁹ partes principales extremi sunt coniuncte ꝑ coniunctionē disiunctiuam vt sortes vel plato currit.

Propō đ copulato extremo

Sed ꝓpositio de copulato extremo est propositio cuius partes extreme sunt coniuncte per coniunctionem copulatiuam. vt sortes ⁊ plato currunt. ⁊ de illis non est aliqua difficultas. qa omnes sunt cathegorice.

Propō de disiūcta copula.

Sed propositio de disiūcta copula est propositio cuius ptes copule principales sunt coniūcte ꝑ coniunctionē disiunctiuā. vt sortes ē vel nō est alb⁹.

Propō de copľata copula.

Sed propō de copulata copula est ꝓpositio cuius ptes principales copule sunt ꝯiuncte ꝑ ꝯiūctionē copulatiuam. vt homo est ⁊ fuit aīal. Correlarium. Eadē est propō de disiūcto extremo. de copulato extremo. ⁊ de disiuncta copula. vt hō vľ asin⁹ est vel non ē homo ⁊ albus. Notandum ista autoritas. de equalētib⁹

idem est iudiciū intelligit sic. q idē est iudiciū de ppōnibus equiualen//tibus quo ad verū z falsum sed non quo ad esse ppositionē cathegoricā vel hypoteticam. Sic soluunt multa argumenta q̄ pnt in medium duci. ¶ Unde ppositōes exponibiles sunt cathegorice q̄uis earum equalentes hoc est exponentes sint hypotetice. z sic non sequitur. Equiualēs illius omnis hō est animal est hypotetica vicz hō est aial z nihil est hō qn ipsum sit animal. ergo etiam illa. omnis homo est animal est hypoteti//ca z qn pbatur cōña qa de equalentibꝫ idē ē iudiciū. Rūr q h ē verū q̄ ad verū z falsū. sz nō q̄ ad eē ppositionē cathegoricā vel hypoteticam

Quomodo intelligit de equalentibꝫ idez est iudicium

Cathegorica est illa que habet subiectum et predicatum tanquaz partes principales sui vt homo currit

¶ Pro littera est notandū. q diffinitio pe. his. non est bona. qa non conuenit omni propositioni cathegorice. quia nō cōuenit istis q̄ non habent expresse extrema sicut est in illis nihil est nemo est a. in casu in q̄ valeat tā tum sicut homo est animal. ¶ Debet ergo diffinitio cum diffinito sic poni. propositio cathegorica est illa. i. est propositio q̄ vel eius mētalis habet subiectum z predicatum tanq̄ partes principales z materiales sui. vel mentalis sibi correspōdentis. ¶ In illa diffinitione ille terminus illa neq̄ capitur demonstratiue nec relatiue. non primū, qa sic solum ppositio demōstrata esset ppositō cathegorica Neq̄ scōz qr ly illa est relatiuū non reciprocū. modo nullum tale potest poni in eadem propositione cathegorica cum suo antecedente. Sed capitur expositiue vt valet tm̄ sicut ppositio z sic est nomen z ponitur loco generis diffiniti Dicitur in diffinitione q̄ vel eius mentalis pp̄ter ppositiones q̄ expresse non habent extrema. sed mentales earum habent vt sunt tales vel consimiles nihil est nemo est ly a in casu posito q̄ licet non habent expresse extrema tamen earum mentales habent. Dicitur subiectum et predicatum illa enim sunt essentialia propositionis. nam sine subiecto z predicato propositio cōstitui non potest. Dicitur tanq̄ partes. ¶ Pro q̄ est sciendum. q partes propositionis sunt duplices. s. principales z minus principales ¶ Partes propositionis principales sunt totalia extrema vel determinabilia tenētia se ad extremū vel integre propositiones coniuncte immediate per copulam principalem propositionis hypotetice vel pricipales copule. Et sic patet q duplices sunt partes principales videlicet materiales z formales. ¶ Materiales sunt totalia extrema vel determinabilia in talibus posita tenentia se ad extrema non tamen existentia vt sunt determinationes alterius determinabilis vel integre propositiones coniuncte per copulam principalem coniunctionalez. Sed ptes formales pncipales sūt copule principales ppositionuz. ¶ Sed partes minus pricipales etiā sunt duplices vicz materiales z formales. ¶ Materiales sunt determinationes posite in extremis. ¶ Sed formales sunt determinationes copularum z copule minus principales. Dicitur in diffinitione sui. Et ly sui est relatiuum reciprocum z capitur primitiue z est generis omnis Et sic diffinitio cum diffinito adhuc erit congrua z valet tantum sui. i.

Diffinitio d rigore nō valet

Intellect⁹ diffinitiōis

Partes propositionis sunt duplices

Partes ppositiōis pncipales

Partes propositionis pricipales materiales

Partes propositionis pncipales formales

Partes ppositiōis minus pncipales Materiales et formales

ꝓpſitionis cathegoꝛice que eſt ipſa met. Et ſic ly ſui ſemper equiuocaꝛ
qñ aliud ⁊ aliud antecedens refert. Et ſic excludunꝛ ꝑ ly ſui ꝑpoſitio//
nes hypotetice que lʒ hñt ſubiectũ ⁊ p̄dicatũ tñ non tanq̄ꝫ partes p̄nci//
pales ſui.ſ.ꝓpoſitionis cathegoꝛice ſed bene ꝓpoſitiõis hypotetice. Dꝛ
vel mentalis ſibi coꝛreſpondentis ꝓpter ly a in caſu poſito q̇a tũc nõ ha//
bet ſubiectũ ⁊ ꝑdicatũ. neqꝫ ei⁹ mentalis tanq̄ꝫ ꝑtes pꝛincipales ſui ſcꝫ
huius termini a. ſed tanq̄ꝫ pꝛincipales partes ſibi coꝛreſpõdẽtis. ¶ Ar

Arguiꝛ p̄mo d̄ illa hõ currit.

guitur ſi diffinitio ſtaret ſeq̄retur ꝙ illa nõ eſſet ꝓpoſitio cathegoꝛica ho//
mo currit. aſſumptum ꝓbatur quia non habet ſubiectũ et pꝛedicatum.

Secũdo diu ẽ ꝙ tu fuiſti aſinus

⁊c̃. aſſumptũ pꝛobatur quia non videtur quid ſit pꝛedicatum. ¶ Con
firmatur iſta eſt ꝓpoſitio cathegoꝛica diu eſt ꝙ tu fuiſti aſinus. ⁊ tñ non

Tercio nihil eſt hõ q̄n ipſum ſit animal

habet ſubiectũ ⁊ p̄dicatũ. ¶ Et iteꝝ de illa. nihil eſt hõ quin ip̄m ſit ani
mal quia non videtur q̇d ſit ſubiectũ. ¶ Et iterum. illa mihi placet bi

Quarto mihi placet bibere

bere eſt pꝛopoſitio cathegoꝛica ⁊ tñ nõ habet ſubiectũ ⁊ p̄dicatũ. ¶ Ad
pꝛimum argumẽtum r̃ñdetur. ẜm duas opiniones. tenendo g̊ ꝙ verba

R. ad p̄mũ Si verba adiectiua ſꝛ incõplexa.

ſint ſimplicia apud mẽtẽ q̇ꝺ ẽ cõe ⁊ ꝓbabilius tũc ille t̃minus hõ ẽ ſub//
iectũ in dicta ꝓpoſitõe ⁊ currit copula ⁊ cũ h̊ p̄dicatũ. ⁊ ſic idẽ contingit
ſe cũ reliq̄. q̇a verbum adiectiuum ratione iſtius ꝙ eſt copula habet con

Omne verbum adiectiuũ ⁊c̃. eſt p̄dicatũ vꝉ ꝑs eius

iungere ſeipſum inq̄ꝫtum eſt pꝛedicatum cum ſubiecto. ¶ Jmo ẜm iſtã
opinionẽ tunc q̇ꝺlibet ṽbũ adiectiuũ poſitũ in ꝓpoſitione non reſtrictũ
eſt p̄dicatũ vꝉ ꝑs p̄dicati ⁊ cum hoc copula. Et dico non reſtrictum q̇a
quando verbũ adiectiuum reſtringitur tunc tenet ſe ad illã ꝑtem extre//
mi ad q̄ꝫ tenet ſe reſtrictiuum vꝉ ſignum reſtringens. vt homo qui cur//
rit mouetur. Dicitur vꝉ pars p̄dicati quia quando verbum adiectiuum
regit aliquem caſum a ꝑte poſt vꝉ aliud conſtructibile ſecum poniꝛ tunc
eſt ꝑs p̄dicati vt homo currit viam vbi ly currit eſt ꝑs p̄dicati. Jmmo
omne aduerbium determinans verbũ gratia rei vel tempoꝛis eſt pars
iſtius extremi cuius eſt tale verbũ vt ſoꝛtes curret cras, ſoꝛtes currit bñ
Et talia aduerbia non ſunt ſemꝑ ꝑtes p̄dicati ſed etiam q̄ñꝫ ſubiecti. et
tunc ſunt partes ſubiecti qñ tale verbũ q̇ꝺ determinat eſt pars ſubiecti
vt ſoꝛtes qui currit cras moueꝛ. h̊ totum ſubiectũ eſt ſoꝛtes q̇ currit cras

Qñ ṽbũ ſubſtantiuũ eſt p̄dicatũ vꝉ non

¶ Sic etiam verbum ſubſtantiuũ non reſtrictũ nõ hñs ſubiectũ ⁊ p̄di
catũ nec ſiꝉes caſus nec aliq̇d poſitũ loco taliũ eſt ꝑs p̄dicati ẜm iſtã opi//
nionẽ q̇a tunc in oĩbus talibꝫ oꝛonibus ẽ cathegoꝛema. Et dꝛ notanꝛ.
nõ hñs ſiꝉes caſus q̇a q̄ñꝫ ṽbũ ſubſtantiuũ hꝫ ſiꝉes caſus añ ⁊ poſt. ita
ꝙ vn⁹ regiꝛ añ alius a ꝑte poſt. Et tunc eſt ſincathegoꝛema. Et non eſt
ꝑs alicui⁹ extremi nec ſubiecti nec pꝛedicati. Dꝛ vꝉ aliq̇d poſitũ loco ta//
liũ q̇a dicendo ſic legere eſt agere, ly eſt ẽ puꝝ ſincathegoꝛema. Et ſic pꝫ
ꝙ in oĩbꝫ iſtis oꝛonibꝫ ly eſt ẽ ꝑs p̄dicati ſoꝛtes ẽ ⁊ vienne ſoꝛtes ẽ in ſcolꝭ
ſoꝛtes ẽ h̊. capiẽdo h̊ aduerbialiꝛ q̇a ſi capereꝛ ꝓnoĩaliꝛ ly eſt eẽt puꝝ ſin

R. ad p̄mũ argu. ſi verba ſunt ꝯplexa

cathegoꝛema ⁊ nꝉli⁹ extremi ꝑs Sꝫ tenẽdo ꝙ ṽba ſint ꝯplexa tũc alia
ẽ r̃ñſio ad argumẽtũ q̇a tũc nꝉla ꝓpoſitio cathegoꝛica cui⁹ ṽbũ p̄ncipale
ẽ adiectiuũ vꝉ ſubſtãtiuũ cathegoꝛematicũ hꝫ expſſe p̄dicatũ ſꝫ ĩplicite
q̇a tũc q̇ꝺlibet tale ṽbũ adiectiuũ hꝫ reſolui ĩ ſuũ ꝑticipiũ ꝓpꝛiũ vꝉ accõ
modatũ vꝉ circumlocutum ſecum eiuſdẽ nũeri. Et in h̊ ṽbũ ſũ ſiue eius

condeclinium secũ eiusdẽ tp̄is numeri modi ⁊ ꝑsone. Exemplũ primi de ꝓprio vt ly currit resoluit̄ sic. est currens. De accõmodato vt ly inest re soluit̄ sic est inherẽs. vt sorti inest albedo resoluit̄ sic. albedo est inherẽs sorti. Sic etiã illa sortes deest resoluit̄ sic sortes est absens. De circũlo//cutis sic v̄ba passiua q̄ non hn̄t ꝓpria ꝑticipia p̄n̄tis tp̄is sed circũlocuta vt illa hõ amat̄ resoluit̄ sic hõ ẽ ens qδ amat̄. Nam oĩa talia v̄ba passi//ua circũloquũt̄ sua ꝑticipia p̄n̄tꝫ tp̄is ꝑ ly ens qδ ⁊ ꝑ t'le v̄bũ Et tũc i ta libꝫ oɼonibꝫ t'lia ꝑticipia sᷓt p̄dicata vl' ꝑs p̄dicati ⁊ v̄bũ substãtiuũ ẽ co//pula. Sic etiã illa hõ ẽn̄ hꝫ exp̄sse p̄dicatũ s̄ꝫ istã opinionẽ sꝫ ly ens ipli cite ẽ p̄dicatũ. ¶ Ad scðm argumẽtũ rn̄r. negando assumptũ ꝙ nõ ha//beat subiectũ ⁊ p̄dicatũ. Et est dicẽdũ ꝙ h̊ totũ ẽ subiectũ ꝙ tu fuisti asi//nꝰ. Est ẽ copula. ens diu vl' ens añ lõga tp̄a ẽ p̄dicatũ. Et sic si ꝑ ly tu de mõstrat̄ alia res ab asino tũc subiectũ n̄ supponit. ¶ Pro q̊ ẽ aduertẽdũ ꝙ q̄libet tal' oɼo q̄ ẽ aggregata ex signo restrictiuo ⁊ ex ꝯstructiõe si sup//ponit tunc supponit ꝓ oĩ illo. ⁊ solũ ꝓ illo ꝓ q̊ tal' oratio eẽt v̄a dempto tali signo restrictiuo. ⁊ ponẽdo ibi v̄bũ indicatiui modi vt dicendo sic. ꝙ homo currit est bonũ. Subiectũ ẽ h̊ totũ ꝙ homo currit ⁊ h̊ suppo//nit pro omni illo ⁊ solum ꝓ illo ꝓ quo ista oɼ̄o homo currit est vera. Et cõmuniter tales oratiões in quibus ponitur ly ꝙ coniunctionaliter ca//ptum resoluuntur in orationes infinitiuas vt illa ꝙ homo currit resolui tur sic hominem currere. ⁊ sic de singul'. Et sic patet ꝙ ista propositio est vera. non diu est ꝙ tu fuisti asinus. Etiã demonstrãdo ꝑ ly tu quãcũq̃ rẽ mũdi aliã ab asino q̇a semꝑ subiectũ nõ supponit. nec seq̄tur ergo no uiter fuisti asinus q̇a antecedens est ꝓpositio negatiua ⁊ ꝯn̄s propositio affirmatiua. Si autem ꝑ ly tu demõstrat̄ asinus tũc ista est falsa. nõ diu est ꝙ tu fuisti asinus ⁊ eius contradictoria est vera diu est ꝙ tu fuisti asi//nus quia extrema supponunt ꝓ eodem. ¶ Ad tercium argumentũ rn̄de tur. ꝙ subiectũ illius ꝓpositionis nihil est hõ q̇n ipsum sit aĩal. ẽ h̊ totuꝫ ens qδ non est ipsum animal ⁊ ly homo est predicatũ. Nam semper ille terminus qui precedit ly quin tenet se ad p̄dicatũ vl' est pars p̄dicati. Et aliud totũ qδ ẽ cathegorema tenet se ad subiectũ nisi relatiuũ aut p̄//dicatũ refert talẽ terminũ p̄cedentẽ ly quin immediate. Sicut est in ista nihil est homo quin ipse sit animal. Cuius subiectũ est h̊ totum homo q̇ non est animal. ly est est copula ly ens est p̄dicatũ q2 iã ly ipse refert il//lum terminũ homo. Nõ relatiuũ ⁊ suũ antecedens in ꝓpositõe cathe//gorica sꝑ tenẽt se ad idẽ extremũ. Et quelibet illaꝝ ꝓpositionũ ẽ v̄a q̇a in prima extrema nõ supponũt ꝓ eodẽ. sꝫ in secũda subiectũ ꝓ nulla sup ponit ⁊ sunt negatiue. ¶ Ad quartũ argumentũ rn̄detur. tenendo ꝙ v̄//ba impsonalia sunt in mente ⁊ ꝙ sint simplicia tunc ly mihi est subiectũ placet bibere predicatum. ⁊ sic in alijs ꝓpositionibus de verbis imper//sonalibus est dicendum. Si aũt verba impersonalia non sunt in men//te tunc tales ꝓpositiones non habent expresse extrema sed implicite. et tunc resoluũtur tales ꝓpositões rõne verborum impersonalium in ver//ba substantiua secũ eiusdem tp̄is numeri modi ⁊ ꝑsone ⁊ in talia verba impsonalia restricta cũ signo restrictiuo eiusdem casus quẽ tũc tale ver

R. ad scðm argumẽtũ.

Regula de suppositione oɼonis ex signo re//strictiuo ⁊ ꝓpositione q̄ restringit.

R. ad terciũ argumẽtũ

R. ad q̄rtũ argumẽtuꝫ

Nota de v̄bis impso//nalibus actiue vocis s̄m duas opiniones

bum impersonale requirit. ꝛ sic predicta ꝑpositio sic resoluitur. Ego sū cui placet bibere. Unde obliquus semꝑ debet mutari in suum rectum. Et sic in p̄dicta ly ego est subiectū sum est copula ens cui placet bibere ē p̄dicatum. Sic etiam ibi me oportet studere que sic resoluit̄. ego sū quē oportet studere. Sed illa regis interest gubernare populum. sic resoluitur. rex est cuiꝰ interest gubernare ppl'm. ¶ Sꝫ diceres. quid de verbis impſonalibus passiue vocis est dicendum vt videlicet q̇d sit subiectum in talibus ꝑpositionibꝫ. a iohāne legit̄ matheū. a petro disputatur argumentum. R̄n̄r ſm duas opiniones. Nam si verba impersonalia sunt in mēte tūc ly iohāne ē subiectū ꝛ nō h̄ totū a iohāne cuiꝰ rō ē qꝛ alias q̄libet tal' ꝑpositio eēt falsa. qḋ sic ꝓbat̄ qꝛ nulliꝰ tal' ꝑpositiōis subiectum supponeret qꝛ nunq̄ꝫ aggregatū p̄cise ex ꝑpositōe ꝛ suo casuali supponit qꝛ nūq̄ꝫ verificat̄. Dī p̄cise qꝛ dicēdo sic sortes differt ab hoīe h̄ totū differt ab hoīe supponit. sꝫ h̄ nō ē p̄cise aggregatū ex ꝑpositōe ꝛ suo casuali verꝫ tn̄ est ꝙ ly ab hoīe in p̄dicta nō supponit. Est tn̄ regula. ꝙ oīs ꝑpositio posita in ꝑpositōe nō p̄gnante q̄ nō defuit casuali quod casuale reddit suppositū verbo impſonali passiue vocis existens copula p̄ncipalis est pars extremi siue ponatur in principio ꝑpositionis in medio siue in fine. Et dico in ꝑpositione nō p̄gnante quia dicendo sic. Omne animal p̄ter hominem est irrationale ly p̄ter nec est ꝑs subiecti nec p̄dicati saltem ꝓut est vna exceptiua sed est pars totius ꝑpositionis vna cum suo casuali. Dico que non deseruit ad excludendū ly a in p̄dictis ꝑpositionibus ꝛ consimilibus. Dico existens copula p̄ncipalis quia si tale casuale redderet suppositum verbo qḋ verbum impſonale esset copula minus p̄ncipalis tunc propositio esset pars extremi. vt sortes a quo percutitur est in scolis. Iā ly a est pars extremi quia ly ꝑcutitur est copula minus p̄ncipalis quia restringitur. ¶ Si autem verba impſonalia non sunt in mente tunc tales ꝑpositiones habent resolui ꝛ nō habēt exp̄sse extrema vt illa a iohanne legitur matheū. resoluitur sic iohānes legit matheum qꝛ quodlibet tale verbum impersonale passiue vocis habet resolui in suum verbum personale actiue vocis secum eiusdem temporis numeri modi ꝛ ꝑsone.

Nota de verbis impſonalibus passiue vocis ſm duas opiniōes

Regula quando ꝑpositio ē pars extremi vel non

Subiectum est de quo aliquid dicitur. Predicatum est quod de altero dicitur.

Diffinitio subiecti ꝛ p̄dicati non valet

Intellectꝰ diffinitiōis subiecti

¶ Pro illa littera est notandū. ꝙ diffinitio subiecti ꝛ predicati sicut ponitur nō valet. qꝛ ſm p̄mā diffinitionē sequeret̄ ꝙ real' homo esset subiectū qꝛ de eo aliquid dī. Sed ſm diffinitionem p̄dicati sequeret̄ ꝙ ly hō in ista vocali hō est animal dꝫ esse p̄dicatū qꝛ ꝑ se dī de altero quia dicitur de hoīe. eo ꝙ ꝓfert̄ ab hoīe. ¶ Debet ḡ diffinitio subiecti sic poni. Subiectū ē illḋ. i. extremū ꝑpositionis cathegorice de quo vl' de conceptu sibi correspondente aliquid. i. predicatū dicitur. i. predicatur. Et erit in forma ista cum diffinito. Subiectū est extremum ꝑpositionis cathegorice de quo vl' de conceptu sibi correspondēte predicatū p̄dicatur. Et non debet dici in diffinitōe de q̊ alterꝫ extremū p̄dicat̄. qꝛ ly alterꝫ ē relatiuuꝫ.

diuersitatis ⁊ sic seq̃retur ꝙ ille termin⁹ hõ nõ eẽt subiectuꝫ ⁊ p̃dicatum
in ista hõ est hõ. si subiectũ esset replicatiue p̃dicatum qꝛ alteꝝ extremuꝫ
nõ p̃dicaret̃ de eo. ex q̊ ipse ꝑ se est subiectũ ⁊ p̃dicatũ ⁊ idẽ nõ est alteruꝫ
a seipso nisi capiẽdo ly alteꝝ indefinite tũc etiã posset poni in diffinitõe
Dicit̃ ꝑ diffinito subiectũ. Et ille termin⁹ subiectũ capit̃ ꝑ termino scõe
intẽtiõis. Dĩ ꝑ genere diffiniti extremũ ꝓpositõis. q̃re patet ꝙ ꝑs sub//
iecti nõ meret̃ dici subiectũ. Dĩ vel de ꝯceptu sibi correspondẽte ꝓpt̃ ta
les ꝓpõnes hõ currit hõ est. Ubi ponunt̃ subiecta ⁊ tñ tenendo ꝙ ṽba
sint cõplexa tũc de ipsis nullũ p̃dicatũ p̃dicat̃. Eo ꝙ tales orões nõ ha
bẽt p̃dicatũ exp̃sse ſꝫ tñ ꝯceptus correspondẽtes talibꝫ hñt subiecta de q̃ Intellect⁹ diffinitiõis
bus predicata p̃dicant̃. vt resoluendo pꝫ. ¶ Sꝫ diffinitio p̃dicati cũ dif predicati
finito dꝫ sic poni. Predicatũ est illud. i. est extremũ ꝓpositõis cathegori//
ce qõ vel ꝯceptus sibi correspondẽs de altero. i. de subiecto dĩ. i. p̃dicat̃.
Dĩ vel ꝯceptus sibi correspondens ꝓpter tales ꝓpositiones nihil ẽ ens
nemo est asinus. in qbꝫ ponunt̃ p̃dicata q̃ tñ nõ p̃dicant̃ de subiectis eo
ꝙ tales ꝓpositões non habẽt exp̃sse subiecta ſꝫ tñ ꝯcept⁹ taliũ p̃dicatorũ
p̃dicant̃ de subiectis vt in mẽtalibꝫ taliũ ꝓpositionũ. ¶ Correlariũ. ideꝫ
est subiectũ ⁊ p̃dicatũ eiusdem ꝓpositionis respectu diuersarũ potẽtiaꝝ
vt patet de extremis istius ꝓpositõis hõ est aĩal. Si sortes legeret eam
ordine recto ⁊ plato ordine verso tunc ille terminus hõ ẽ subiectuꝫ quia
sorti et est predicatũ quia platoni. imo possibile est idẽ eẽ subiectũ ⁊ p̃di
catũ in vna ⁊ eadẽ ꝓpositione eiusdẽ potentie qꝛ per replicationem vt si
idem terminus eẽt replicatiue subiectũ ⁊ predicatũ. ſꝫ tñ h̊ nõ est natura
liter. ¶ Arguitur contra diffinitiones p̃dictas. illa est ꝓpositio necesse ẽ Arguitur primo
iohannem esse aĩal ⁊ tñ nõ vĩ quid sit subiectũ ⁊ p̃dicatũ. ¶ Confirma Secundo
tur de ista. oportet quecũqꝫ intelligẽtẽ fantasmata speculari. ¶ Confir// Tercio
matur de illa datur primũ instans esse motus. ¶ Et iteꝝ. nõ ẽ veri⁹ da Quarto
re contradictionem quã toti ꝑponere negationẽ ⁊ eã ferre in totũ sequẽs
¶ Et iterũ de illa non gradus est aliquid. ⁊ iteruꝫ de illa omnis homo Quinto
est totum in quãtitate. ¶ Confirmatur vltimo de illa apparẽtẽ omnis Sexto
homo oportet currere. ¶ Ad primum est dicendũ. negando quod non Septimo
videtur quid sit subiectũ ⁊ p̃dicatum. nam dicenduꝫ est ꝙ ille terminus ℞. ad primũ argumẽ
necesse in talibus vel consimilibus capitur nominaliter ⁊ pro termino se tum
cunde intẽtõis valens tantũ sicut necessarium prout attribuitur propo//
sitioni ⁊ sic restringit alterum extremum ad standum materialiter ex dif
finitiõe ꝓpositionis modalis composite ⁊ sic ly necesse in predicta ẽ sub//
iectũ valens tantũ sicut ꝓpositio necessaria est ẽ copula. hoc totum iohã
nẽ esse animal est predicatum. Similiter est dicendũ de illis modis pos
sibile impossibile contingens dũmõ ponuntur in propositionib⁹ in ini//
tio vel in fine. ¶ Ad scõm r̃ndetur negando ꝙ non ⁊c̃. et est dicendum ℞. ad secundum
ꝙ ly intelligentem est subiectũ ly oportet est copula si verba sunt incom//
plexa oportet speculari fantasmata predicatum. Si aũt verba sunt cõ//
plexa tunc talis propositio debet resolui modo resoluendi quo supra vt
sic intelligens est ens quẽ oportet speculari fantasmata ⁊ sic facile est iu//
dicium de subiecto ⁊ predicato. ¶ Ad tercium est dicendum. ꝙ ly datur ℞. ad tercium

potest capi duobus modis in tali vl' consimili ppositione psonaliter vi//
delicet et impersonaliter. capiendo igitur personaliter tunc hoc totum
est subiectum. primum instans esse motus ꝛ ly datur copula ꝛ cuȝ hoc
predicatum ꝛ sic ipsa est falsa. Sȝ illa est vera motus primū instans da
tur esse. Si autem capitur impsonaliter tunc de rigore non est ppositio
nec illla matheuȝ legitur eo ꝙ non habet expresse subiectū. Sed dicēdo
sic ab aliquo datur pmū instans esse motus. ab aliq̄ legitur matheū. iaȝ
ly aliquo est subiectum ꝛ totum sequens predicatum et ly legitur copu//
R. ad quartum la si verba sunt incomplexa. ¶ Ad quartum est dicendū ꝙ ille termin⁹
est etiam pōt capi impersonaliter pro contingit. Et tunc subiectū eius
esset ly logicū. Alias autē exponendo ipsaȝ de rigore non esset proposi//
tio et predicatum est totū sequens q̄a valet ppositio tantū. nullū logicuȝ
R. ad quintum contingit verius dare contradictionē q̄ȝ toti preponere ꝛc̄. ¶ Ad quin//
tum est dicendum. ꝙ si negatio capitur negant tunc solū ly gradus est
subiectū. Sed capiendo negationē infinitanter tunc h̄ totū est subiectuȝ
non gradus valens tantum sicut ens q̄d nō est gradus. Si autē hoc to
tum non gradus caperet vt valeret tantū sicut philosophi capiunt vide
licet vt valeret illam. infinita modica pars est aliquid tunc ipsa vocalis
expsse non hȝ subiectū. sed in eius mentali ly modica pars est subiectuȝ.
ly aliquid predicatū. ꝛ ly infinita est purū sincathegorema ꝛ non est pars
R. ad Sextum subiecti nec predicati. ¶ Ad sextum respondetur. ꝙ h̄ totum omnis ho
mo est subiectū et capitur materialiter. ꝛ restringitur per ly totū in quā
Totum in quantitate titate quod est terminus secunde itentionis. ¶ Et p illo est sciendum
ꝙ totum in quātitate est terminus cōmunis cōiter tentus ꝛ distributus
vt ly homo in ista. omnis homo est animal est totū in quantitate. ¶ Et
Obicit si diceret aliquis. Tunc illa esset falsa omnis homo est totum in quan
titate quia extrema non supponunt p eodem quia subiectum suppone//
ret pro illo aggregato omnis homo ꝛ sibi simili ꝛ predicatū non. ex quo
Soluit h̄ totū omnis homo nullubi distribuitur. ¶ Rn̄r ꝯcedēdo ꝙ subiectuȝ
supponat pro illo aggregato omnis hō ex quo capitur materialr̄. ꝛ ne//
getur ꝙ p̄dicatū non supponat p eodē. imo h̄ totum omnis homo quā
doq; distribuitur vt in ista orōe. om̄e omnis hō est totū in quantitate. vbi
h̄ totum omnis homo est subiectū ꝛ restringitur p predicatum ꝛ distri
buitur per ly omne. Illa tn̄ est falsa omne omnis hō est totum in q̄ntita
te. quia est vna vniuersalis affirmatiua cuius predicatum. ꝛc̄. quia sub//
iectum supponit p illo termino omnis homo in ista omnis homo est to
tum in quantitate ꝛ tn̄ predicatū non supponit p tali saltē vt sic quia vt
R. ad vltimum sic non distribuitur. ¶ Ad vltimū rn̄detur. ꝙ subiectū istius orationis
apparentem omnis hō oportet currere est h̄ totū apparentē omnis hō
predicatum oportet currere ꝛ est vna indefinita. ꝛ ly omnis iaȝ est pars
Regula de signo vni// extremi. ¶ Nam ē regula. ꝙ quodlibet signū vniuersale affirmatiuū di//
uersali qn̄ ē ps extremi stribuens determinationē vnica acceptiōe cū suo determinabili acceptā ē
ps extremi. Et dicitur vniuersale q2 illud non hȝ veritatē in omnibus
signis vt patet de signis pregnantibus. nā ly preter ibi nō est pars extre
mi. omne animal preter hominem est irrationabile. in sensu exceptiuo si

cut nec ly tantū in illa tantū asin⁹ videt hoīem. Dz affirmatiuū q2 signū
vniuersale negatiuū captū neganter non est pars extremi vt dicendo asi
nus nullius hominis currit iam ly nullius non est pars extremi. sed ca//
piendo infinitanter tunc est pars extremi ⁊ resoluitur tūc ꝓpositio sic asi//
nus entis qḋ non est hō currit. ¶ Et non debet dici in regula sic qḋli//
bet signū vniuersale affirmatiuū clausū inter partes extremi vbi deter//
miabile ⁊c. q2 instātia est de ly oī in ista sortes differt ab omni hoīe qḋ
non est pars extremi lz claudat᷑ inter ptes extremi. Verū est potest illa
regula etiam saluari addendo illam particulā dūmō tale signū nō poni
tur in propositione ꝓpter impedire distributionē alterius signi precise.
⁊ sic ly omni faciliter excludit᷑ in predicta q̄a ponitur ꝓpter ipedire distri//
butionē illius signi differt ab. Et sic patet ratio quare ly quacūq3 in illa
est pars extremi. Terminus discretus in quacunq3 ꝓpositōe posit⁹ sup
ponit discrete ⁊ non ly omni in ista sortes differt ab omni homine quia
ly quacunq3 non ponitur ibi propter impedire distributionez sed sic est
de ly omni in predicta. Et sic bene patet ꝙ ad hoc quod aliquod signuz
sit pars extremi non oportet ꝙ claudatur iter ptes precise cathegorema
ticas sicut patet de ly quacunq3 in p̄dicta ꝓpositione quod clauditur in
ter ly in ⁊ inter ly positus ⁊ tamen est pars extremi ⁊ ly in est sincathego
rema. Et ille terminus apparentē in ꝓpositione de qua in argumento
est determinabile eo ꝙ regit illū terminū asinus. Et ille terminus asin⁹
ē detminatio q2 igitur a ly aꝑparentē ergo ly omnis est pars extremi q2
distribuit determinationē acceptam vnica acceptione ⁊c. ¶ Correlariū
dicendo sic animal omnis homo currit. substantia omne animal currit
⁊ sic de alijs. in istis signum vniuersale etiam est pars extremi. ¶ Nam Regula de signo vni//
quandocūq3 signū vniuersale affirmatuū ponit᷑ in ꝓpositiōe ⁊ mediat i uersali inter mai⁹ ⁊ mi
ter magis cōe ⁊ minus cōe determinantia se vt sic. ⁊ conuenit cum min⁹ nus cōe
cōi in accidētibus grāmaticalibus tūc semꝑ est pars extremi. ¶ Sz di//
ceres. Quid sit subiectū in tali vel ꝓsili. ecce magister currit. Rn̄r ꝙ illa
non habet subiectū ⁊ p̄dicatū quia nō est ꝓpositio q̄a ē orō suspensiua;
Sic etiā hec non ē ꝓpositio dn̄e petre iohannes stat in eccl'ia q2 ē oratio
plures. ¶ Ulterius est sciendū. ꝙ ad melius intelligenduz quid sit sub Ad assignandū extre//
iectum ⁊ p̄dicatū ꝓpositionū sunt nonnulle regule considerāde. ¶ Pri// ma ꝓpositionum p̄ma
ma regula adiectiuum positum a pte p̄dicati pure adiectiue tentum nō regula
habens substantiuū secum exp̄sse positum includit substantiuum posi//
tum a parte subiecti vt dicendo homo est albus. ly homo est subiectum
est est copula hoc totum hō albus est p̄dicatum. Si aūt ly albus capit᷑
impure adiectiue tunc ly albus se solo est p̄dicatū. Est tamen verū ꝙ adie
ctiuū positū a parte subiecti etiā icludit substātiuū positū a pte p̄dicati ⁊
hoc solū fit in exclusiuis q̄ exponunt᷑ gr̄a pluralitatꝫ vt tm̄ octo sunt ptes
Correlarium. illa sortes est imaginarius asinus est materia remota. Sic etiam illa. sortes imaginarie est asinus. Sed ista sortes imaginatur asinus est i materia cõtingenti. Similiter illa pater est filius est in materia cõtingenti. Sed illa. sortes est ad aliquid albũ. capiendo ly ad aliquid stricte est in materia ꝯtingẽti. Sꝫ capiẽdo large ẽ i materia naturali. Sꝫ illa. sensitiuũ est homo vł brutũ est in materia naturali. siue ly sensitiuũ capiaᷓ differentialiter siue nõ differẽtialiter siue vt est propriũ. nisi capiatur ampliatiue tũc est in materia cõtingenti. q̃a tũc ly sensitiuum supponit pro antichristo respectu copule de presenti. Et hoc totũ homo vł brutũ nõ. Eodem modo dicatur de ista. animal est sensitiuum. Sed illa homo est sensitiuuꝫ est in materia contingenti. capiendo ly sensitiuũ vt est proprium vel etiam ampliatiue sed est in materia naturali capiendo differentialiter

Lex et natura cõtrariarum talis est ꝙ si vna est vera reliqua est falsa et nõ ecõuerso. possunt eniꝫ ambe eẽ false in materia cõtingenti. vt omnis homo est albus nullus homo est albus.

Et i textu capiᷓ copulatiue vł specificatiue.

Pro ista littera est notandũ. ꝙ ly ⁊ capitur copulatiue ⁊ nõ copulatiꝫ Et sic sensus est. lex cõtrariaꝝ talis est. ꝙ si vna est vera reliqua est falsa. Et natura contrariarum talis est. ꝙ si vna est vera reliqua est falsa. Et debet oratio resolui in vnam copulatiuaꝫ. Potest etiã ly ⁊ capi speci

ficatiue. ⁊ sic sensus est. Lex ⁊ natura ꝯtrariaruꝫ id est lex existēs natura contrariarum talis est. ꝙ si vna est vera reliqua est falsa. Secundo notandum. ꝙ magister Pe. hispa. per legē innuit oppositionē a posteriori ⁊ ꝑ naturā innuit oppositionē a priori. Et per h̄ voluit pe. his. tm̄ ꝙ oppositio ꝯ̄ria nō sufficient attenderet a priori vł a posteriori. sed a priori. ⁊ a posteriori simul. ꝓpter hoc ipse ponit illa duo tanꝙ̄ diuersa vicꝫ ly lex ⁊ natura. Et hoc iō ꝗa coniunctio dꝫ ꝯiungere diuersa. Et in littera h̄ totū si vna est vera reliꝗ̄ ē falsa stat materialit̄ ꝓ tali oꝛone ꝑsonalit̄ capta si vna ꝯ̄riarū ē vera reliꝗ̄ ē falsa. Et sic littera de rigore ē vera qꝛ ꝯditōnalis bona ꝯ̄ña. ergo vera ⁊ necessaria ꝓpositio. eo ꝙ non stat vnā ꝯ̄riaꝝ sine altera esse ⁊ tūc idē est dicere. ille sūt ꝯ̄rie ⁊ ille sunt sibi inuicem ꝯ̄rie. ex quo illi termini contrarie succontrarie ꝯ̄dictorie sunt relatiua eꝗparantie, ⁊ ponuntur in plurali numero. Et tunc nihil petūt subintelligi iuxta regulas alexandri. Cuncꝙ̄ fit relatio ⁊c. Si autem quis vellet ꝙ predicti termini importarent relationē extrinsecā tunc illa ē falsa. si vna contrariaꝝ est vera reliqua est falsa quia tunc est mala consequentia. Voluit ergo pet. his. in littera tantum. ꝙ omnes ꝓpositiones contrarie repugnant formaliter in veritate tantū gratia forme acceptōis terminoꝝ. Et sic in omni materia ꝯ̄rie sunt simul false. Sꝫ nulle contrarie in omni materia sunt simul false. Et ille due differunt in h̄ qꝛ ly omni in secunda est pars extremi. ⁊ sic subiectum pro nullo supponit. ⁊ sic ꝯ̄dictoria secunde est falsa. sed in prima ly contradictorie stat confuse tantuꝫ. ⁊ ergo est vera

Quid ꝑ legē ⁊ naturā intelligatur

Si textus de rigore sit verus

Vlterius notandum. ꝙ ista littera de rigore verboruꝫ non est vł'iter vera. in materia aūt naturali ⁊c. qꝛ dantur bene due contrarie in materia naturali que sunt simul false. quod patet in istis duabus. omne animal est homo. nullum animal est homo. Sed ista littera debet sic limitari. ꝙ omnes due ꝓpositiones sibi inuiceꝫ ꝯtrarie nō exponibiles de in esse ⁊ de presenti. in quibus in affirmatiua predicatū supponit ꝯfuse tantum. ⁊ in quibus ad copulas principales nō additur determiatio distributa. vel determinatio includens terminū distributū vel differentia temporalis. et in quibus omnes termini cathegorematici precise accipiuntur ad presens tempus. ⁊ in quibus subiecta accipiūt̄ vnica acceptōe Et predicata sūt eque cōia vł cōmuniora subiectis in supponendo. ⁊ in quibus in affirmatiua predicato nō additur speciale signum repugnant in veritate ⁊ falsitate simul. Exemplum vt oīs homo est animal oīs homo non ē animal. Dicitur in materia naturali qꝛ in materia ꝯtingenti bñ sūt simul false. sicut omnis homo est currēs. oīs hō nō est currēs Dicitur non exponibiles ꝓpter istas duas. tantum omnis homo ē aīal tantū oīs homo non est aīal que sunt ꝯ̄rie ⁊ sūt in materia naturali et sūt simul false. Dicit̄ in ꝗbus omnes termini ꝓpter istas duas oē qd̄ erit est nihil qd̄ erit est ꝗ̄ sūt simul false ẜm cōem viam ꝗ̄ tenet ꝙ ꝯcept' tꝑales non sint partes extremoꝝ. Dicitur in ꝗbus subiecta propter illas cuiuslibet hominis asinus est animal. nullius hominis asinus est animal que sunt simul false. Dicitur ⁊ predicata sint eque propter illas. omne animal est homo. nullum animal est homo. Dicitur vbi predicato ꝓ

Quō ꝯ̄rie in naturali materia repugnent

pter illas. oīs homo est omne animal. oīs homo nō ē animal. Sic etiam propter illas. omnis homo est aliquod animal. omnis homo nō est animal. posito ꝙ ly homo in affirmatiua ex certificatōe stet determinate tūc sūt simľ false. Dicitur de presenti ꝑpter illas duas. oīs hō fuit animal. omnis hō fuit animal que sunt siľ false in casu. si eēt primum instans eē sortis. Dicitur de iesse ꝑpter illas duas. oīs homo necessario est aīal. oīs homo impossibiliter ē animal.

In materia ꝯtingenti repugnāt

Eodem modo debꝫ hoc intelligi de materia ꝯtingenti sicut de materia naturali. cū conditionibus prius positis Si est accidens inseperabile ita ꝙ tale accidens predicetur de eo cuius est accidēs q̃a tūc omnes tales propositiones etiam repugnant in veritate ⁊ falsitate simul.

Accidens insepabile.

Pro quo est sciendum. ꝙ accidens inseparabile est accidens qđ ƀm consuetum cursum nature nō pōt vere negari de suo subiecto ipso subiecto ꝑ aliquo supponēte. sicut ly colozatū respectu ly animal. ⁊ ly nigrū respectu ly corui pēnati. ⁊ ly album respectu cigni. Et in tali oīs coruus est niger. coruus denoīať a pennis ⁊ non a sua materia. ⁊ capitur ibi accidens ⁊ ly subiectum pro termino secunde intentionis ⁊ non pro accidente reali vt pro reali nigredine vľ albedine sed pro termino accidentaliter connotatiuo. Et subiectum pro termino absoluto Sꝫ si ibi ē accidens separabile siue tale predicetur siue non tūc adhuc contrarie in materia naturali possunt simul esse false. Et eodem modo describitur accidens separabile sicut accidens inseparabile ipsa sola negatione deposita.

In materia remota repugnant

Sed in materia remota ꝑpositiones contrarie etiam repugnant in veritate ⁊ falsitate simul quando sunt de inesse et de presenti. ⁊ sunt de talibus terminis distributis q̃ nec naturaliter nec supernaturaliter possunt verificari de eodem. Sicut patet de istis duabus. omnis homo est asinus. omnis homo non est asinus. Dicitur notanter de presenti ⁊ de inesse ꝑpter tales vel consimiles omnis homo est mortuus. omnis homo non est mortuus que nō sunt mere de presenti. Dicitur de talibus terminis distributis propter illas duas. Omne album est nigrum. nullum album est nigrum que sunt simul false. Est tamen verum. ꝙ etiam omnes tales propositiones contrarie in materia remota in quibus non est ampliatio vel ampla acceptio que sunt mere de presenti. vbi ponuntur termini desperati qui supernaturaliter possunt verificari pro eodem. Ubi tamen additur hoc aggregatum pro qualibet parte temporis presentis ille etiaꝫ repugnant in veritate ⁊ falsitate simul. vt ille due. omne album ꝑ qualibet parte presentis temporis est nigrum. nullum album pro qualibet parte temporis p̄sentis est nigrum. Et loquendo naturaliter ⁊ supernaturaliter predicte nō possunt simul esse false.

Contrarie in materia naturali solum materialiter repugnāt in veritate ⁊ falsitate

Ulterius est sciendūꝫ. ꝙ tales ꝑpositōnes contrarie in materia naturali. vel etiam in materia remota que repugnant in veritate ⁊ falsitate simul soluꝫ repugnant materialiter ⁊ nō formaliter quia ille in materia ꝯtingenti sunt eiusdem forme cum eis ⁊ tamen sunt simul false.

Cur contrarie nō pn̄t simul esse vere

Notandum est. ꝙ ratio quare due cōtrarie nō possunt simul esse vere est illa. quia si sic tunc etiaꝫ due propositiones cōtradictorie fierent simul vere quod patet quia duo contradictoria sequn̄

Succontrariaꝝ

tur ad duas contrarias. Unde vna sequitur ad vnam arguendo a sino
nimo ad sinonimū. Et alia ad aliam arguendo a subalternante ad sub//
alternatam. Nam in omni bona consequentia quando antecedens ē ve
rum. consequens etiā ē veꝝ. Similiter consequens non erit veꝝ nisi ip//
so antecedente existente vero ꝛ consequens non erit falsuꝫ nisi anteceden
te existente falso

**Lex et natura succōtrariaruꝫ talis est ꝙ si vna est fal
sa reliqua erit vera et nō econuerso. vt quidam homo
est animal. quidam homo non est animal. possunt ta
men ambe simul esse vere in contingenti materia vt
quidam homo est albus quidaꝫ homo non est albus
Unde lex et natura succōtrariarum contrario modo
se habet legi contrariarum.**

Pro littera est notandum ꝙ littera debet intelligi eodem modo sicut Textus de subcōtra//
de contrarijs. Nā pe. his. voluit ꝙ omnes ꝓpositiones succontrarie dn̄t rijs intelligitur sic̄ de
repugnare formaliter in falsitate tantū gratia forme acceptiōis termino contrarijs
rum. Et hoc debet intelligi a priori ꝛ a posteriori. Ad hoc autem ꝙ re
pugnant in materia naturali vel in materia remota requiruntur eedeꝫ
conditiones sicut de contrarijs. ꝛ hoc in veritate ꝛ falsitate simul. Ar Arguitur primo
guitur ille due propositiones sunt in materia naturali ꝛ habent se iuxta
conditiones. omnia animalia sunt rationabilia vel irrationabilia. nulla
animalia sunt rationabilia vel irrationabilia. ꝛ tamen sunt simul false.
Confirmatur. ille due propositiones sunt in materia naturali ꝛ sunt
simul false. omne non homo est nō animal. nullū nō homo ē nō animal Secundo
Ad ista argumenta respondetur. ꝙ predicte propositiones sūt in ma//
teria naturali. Et etiā ꝙ sint simꝉ false sꝫ non habēt se iuxta ꝯditōes q̄a ℞. ad p̄mū argumen//
p̄dicata in eis nō sunt ita cōia sicut subiecta q̄a ly aīalia supponit ꝓ aliq̄ tum
pro quo tn̄ hoc totū rōnabilia vꝉ irrationabilia nō supponit scꝫ pro sor//
te ꝛ pro asino. nam sortes ꝛ asinus sūt animalia ꝛ nec sūt ratiōabilia nec
irratōabilia sꝫ rōnabile ꝛ irratiōabile. nec valet consequētia. ꝙ om̄e ani
mal est rōabile vel irrationabile. ergo oīa aīalia sunt ratiōabilia vꝉ irra//
tōabilia. Sic ēt in scdo argum̄to subiectū in prima ꝓpositiōe suppo// ℞. ad secundū
nit ꝓ aliq̄ ꝓ q̄ p̄dicatū nō supponit. s. ꝓ asino ꝛ p̄dicatū nō. Nā ē cōis re Regula
gula. de q̄ꝫto terminus finitus ē specialior de tāto terminꝰ infinitus ē ge
neralior ꝛ econuerso. de quāto terminꝰ infinitꝰ ē generalior de tanto ter//
minus finitus ē specialior. Sicut tūc est de illis duobus terminis hō et
aīal ꝛ nō hō ꝛ nō aīal Ulteriꝰ notādū. ꝙ lex succōtrariaꝝ ē hec ꝓposi// Quid sit lex ꝛ natura
tio vꝉ ꝯsilis oēs ꝓpositiones ad inuicē succontrarie repugnāt formaliter subcontrariaꝝ
in falsitate. Sꝫ natura nō ē aliud nisi modus significādi succōtrariarū
aut plꝉes tales vt modꝰ significādi illaꝝ hō ē aīal. hō nō est aīal. Cor//
relariū. Multe sunt nature succontrariaꝝ etiā nō sinonime. sed soluꝫ est
vna lex sic ꝙ non plures sibi inuicem non sinonime

De lege et natura

Lex et natura cõtradictoriarum talis est ꝙ si vna est vera reliqua est falsa et econuerso vt omnis homo est albus. quidam homo non est albus. in nulla eniꝫ materia possunt ambe esse vere vel ambe esse false.

Intellectus textus — Pro illa littera est notandũ. ꝙ magister pe. his. tantũ voluit ꝙ omnes
ꝓpositiões adinuicem cõtradictorie repugnant formalit̃ in veritate ⁊ fal
sitate siml' gratia forme acceptiõis terminoꝝ. ita ꝙ in nulla materia ꝯdi
ctorie possunt simul esse vere vel false in sensibus in q̇bus sibi inuiceꝫ cõ-
Prima ꝓpositio — tradicũt. Ulterius notandum ꝙ illa est vera. cõtradictorie sũt simul
vere. vt ille deus est ⁊ homo est animal q̄ sunt vere ⁊ sũt ꝯtradictorie. qꝛ
Scđa ꝓpositio — illarum duaꝝ. nullus deus ẽ et nullus hõ ẽ animal. Sic etiã illa est ve-
ra. due contradictorie sibi inuicem cõtradicentes sũt sil' vere vt pꝫ de istꝭ
Tercia ꝓpositio — duabus deus est. nõ deus est. Sic etiam illa est vera. due cõtradictorie
sibi inuicẽ ꝯdicẽtes in sensibꝰ i q̇bꝰ sibi inuicẽ ꝯdicũt sũt sil' vere, ꝓut ly in
sensibus determinat ly ꝯdicentes. Ut patet de istis duabus nõ deꝰ est
⁊ deus est. q̄ sũt sil' vere in aliquo sensu. ⁊ etiã sũt ꝯtradictorie in sensibꝰ
quibus sibi inuicẽ ꝯtradicunt Et illa oĩa ꝓcedũt tenẽdo ꝙ ꝓpositõ
Conclusio r̃nsal' — nes sint multiplices quia si tenetur oppositũ tũc ille sũt false. Est er-
go conclusio responsalis ad textum. ꝙ nulle due ꝯdictorie sibi inuiceꝫ cõ
tradicentes sũt sil' vere vl' false in sensibus in q̇bus sibi inuicẽ ꝯdicũt. ⁊ il
la differt a precedẽtibꝰ q̇a ibi ly in sensibus determinat ꝑdicatũ vl' parteꝫ
Arguitur primo — predicati. Arguitur. ille due sũt ꝯdictorie ⁊ sunt simul vere. sortes in tp̃e
presenti est homo. sortes in tempore presenti non est homo. assumptum
probatur in casu. si sortes solum fuerit pro prima medietate huius hore
tũc negatiua est vera. sortes in tempore presenti non est homo; nam seq̃
tur bene. sortes illo tempore presenti non est homo. ⁊ illud tẽpus ẽ tem-
pus presens. ergo sortes in tempore presenti nõ est homo demonstran-
Secũdo — do secundam medietatem huius hore. Cõfirmatur de illis duabus
Aliquo modo sortes est oĩs homo. nullo modo sortes est oĩs homo
R. ad ꝑmũ argumẽtũ — que sunt simul false. Ad primũ argumẽtũ r̃ndet̃. si ly in tempore ꝑsen
ti determinat subiectum concedendo ꝙ sint ꝯtradictorie ⁊ admisso casu
dicendum est. ꝙ negatiua sit falsa. nec valet ꝯña assumpta in argumen
to eo ꝙ arguitur ab inferiori ad superius ratione ly illo tempore ad ly tẽ
pore. Et non bene assumitur ꝯstantia dꝫ ergo assumi constantia deter-
minabilis cum eadem determinatione. vt sic. et sortes illo tempore ẽ que
R. ad scđm — tunc erit falsa. Ad secundũ respondet̃. cõcedendo ꝙ sint ꝯdictorie ⁊ ne-
gando ꝙ sint simul false. Et quando sic probat̃ ꝑma falsa est quia in ea
enũciatur vniuersale vniuersaliter sumptũ Respondet̃ ꝙ ibi sit vna ex-
ceptio qꝛ iã subiecto additur determinatio stans determinate. modo iã
subiecto additur illa determinatio aliquo mõ q̄ stat determinate ⁊ secũ
da est falsa quia aliquo modo sortes est oĩs homo vt hoc modo quo so-
Arguitur ꝑmo — lus sortes sit. Adhuc arguitur cõtra respõsionẽ factam ꝯtradictorie
possũt siml' esse vere vel false in sensibus quibus sibi inuicem cõtradicũt
ergo nulla est lex ⁊ natura ꝯdictoriarũ. assumptũ probatur de ill'. vo

respondetis ⁊ vos nō respondetis idem demōstrādo ꝑ ambo ꝓnomia ⁊ sunt ambe vere. Assumptū ꝓbaṫ. prima ē vera vt pono. Scōa etiam est vera. ꝓbaṫ q̄ꝛ eius resoluēs est vera. illa vic3 vos nō estis respōdētes q̄ꝛ eius ꝯtradictoria ē falsa. illa vos estis rn̄dētes. ꝙ aūt illa sit eiꝰ resol uens ꝓbaṫ. q̄ꝛ verbum adiectiuū3 debet resolui in hoc verbum sum vel eius ꝯdecliniū secum eiusdem tp̄is nūeri modi ⁊ ꝑsone ⁊ in suū ꝑticipi/ um secū eiusdē nūeri. Alias ista hō currit deberet sic resolui hō est cur/ rentes. ⁊ sic fieret falsa qd̄ falsum est Confirmaṫ. Ille sunt ꝯtradicto ric ⁊ sunt ambe false. aīal omnis homo ē. homo nō est aīal. posito ꝙ pri ma sit de modo loquendi inconsueto. ergo ꝯtra legem ⁊ naturam ꝯtra/ dictoriarum. Assumptū ꝓbatur. q̄ꝛ habent se iuxta oēs conditiōes. S3 ꝙ sint simul false. ꝓbatur. negatiua est falsa. vt patet. affirmatiua etiam est falsa. q̄ꝛ est vniuersalis affirmatiua cuius p̄dicatum supponit deter/ minate. ergo est falsa. Confirmaṫ de illis duabꝫ. oīs homo exn̄s mu lier est homo. aliq̄s homo exn̄s mulier nō est homo q̄ sunt simḷ vere. q̄ꝛ prima est vera vt patet. Scōa etiā est vera. qd̄ ꝓbatur. quia petrus ex stens mulier non est homo ⁊ petrus est homo. igitur aliq̄s homo exn̄s mulier nō est homo. tenet ꝯn̄a expositorie. Ad primū rn̄detur. conce dendo ꝙ sint contradictorie. Et negando ꝙ affirmatiua sit vera saltē d̄ rigore logice loquendo ⁊ demōstrando solum vnum ꝑ ly vos causa di/ gnitatis. Et concedatur ꝙ verbum adiectiuū debet resolui in suum ꝑti cipium secum eiusdem numeri vt deducit argumentū. Sed prima pro positio conceditur ad talem sensum. vos estis respōdēs. q̄ꝛ causa digni/ tatis iā numerus pl̄alis attribuiṫ vni soli rei. Et sic ꝯtradictoria eius ē illa. vos nō estis rn̄dens. sed hoc est preter rigorem logice. Ad secū/ dum respondetur. negando ꝙ sint ꝯtradictorie. ⁊ deficit vna conditio. illa videlicet. quia cum vniuersalitate a parte alterius extremi in negati ua ponitur terminus stans determinate. Et ergo ille terminus qui ste/ tit determinate debet distribui qd̄ fit. ⁊ vl̄itas in alia debet stare confu se tm̄ qd̄ nō fit. Unde est generalis doctrina ꝙ nunq̄ in cōtradictoriis debent stare due particularitates q̄ sunt totalia extrema determiate vḷ confuse tm̄. Ad tertium rn̄detur. ꝯcedēdo ꝙ sint ꝯtradictorie ⁊ negā do ꝙ sint simul vere. Et qn̄ ꝓbatur. negatiua est vera expositorie. rn̄deṫ ꝙ non sit sillogismus expositorius. quia determinatio addita medio in maiore debet ei etiam addi in minore ⁊ omitti in conclusione. modo sic nō fit cum illa determinatione existens mulier. Ulterius notandum ꝙ lex contradictoriaꝝ non est aliud nisi illa regula ſm quam oēs cōtra/ dictorie repugnant formaliter in veritate ⁊ falsitate simḷ gratia forme ac ceptionis terminoꝝ. Sed natura cōtradictoriarū est modus significā di earum vt ꝓpositiones mentales ad inuicem contradictorie.

Secundo

Tertio

R. ad primū argum̄

Ad secundum

Ad tertium

Quid sit lex ⁊ natura cōtradictoriaꝝ.

Lex et natura subalternarum talis est ꝙ si vniuersa lis est vera eius particularis etiam est vera et nō ecō uerso. Exemplum omnis homo currit. quidā homo

currit. Potest enim vniuersalis esse falsa eius par ticulari existente vera. vt Omnis homo est albus. quidam homo est albus. Et si particularis est falsa eius vniuersalis etiam est falsa et non econuerso: vt Quidam coruus non est niger. nullus coruus est niger:

Intellectus textus — Pro littera est notandū q omnes ppositiones subalterne sic se hñt q si subalternans est vera. subalternata etiam est vera. et non econuerso. Stat enim subalternantez esse impossibilē et subalternatā esse necessariam. vt patet de ista subalternante oē currens potest esse asinus que ē impossibilis. Et illa. currens potest esse asinus est subalternata et est necessaria.

In materia naturali. — In materia tñ naturali qñ subalternata est vera tūc etiam subalternās est vera. et hoc quādo sunt ibi iste conditiōes que requiruntur ad hoc q ppões ꝯtrarie repugnant in veritate et falsitate simul. vt dictū est de lege et natura ꝯtrariarum. Et sic qñcunq ista est vera homo est aīal. tunc etiam ista est vera oīs homo est animal. Et sm hoc pōt intelligi ista regula. Arguendo ab indefinita ad suam vlem in materia naturali. vt homo est risibilis. ergo oīs hō est risibilis.

Regula — Et est notandū q ista regula arguendo a subalternāte ad sualternatam est generalior predicta regula. Et habet intelligi sicut supra est dictum de oppositōe subalterna.

Subalterne in omni materia sunt vere — Ex quo patet q in oī materia subalterne sunt sil' vere. Exemplum de naturali. oīs hō est risibilis. hō est risibilis. exemplū de contingenti. oīs hō currit. hō currit. de remota. oīs hō nō est asinus. hō nō est asinus. Secūdo notandū q in qualibz materia subalterne sunt simul false. de naturali. oīs hō est oīs homo. hō ē omnis homo. de cōtingenti omnis hō est oē currēs. homo est oē currēs. de remota omīs homo est asinus. homo ē asinus.

Propositionum participantium vtroqz termino triplex est conuersio. Simplex. per accidens. et per contrapositionem.

Cōuersio capit' p termino scōe intentionis — Pro ista littera est notādum q licz ille terminus cōuersio capit' multis modis. videlicet p termīo prime intentionis. et p termīo secunde intētionis. Et p termino secunde intentionis adhuc multis modis. capit' tñ in pposito solum p ꝯuersione ppōnum cathegoricaꝝ et nō p conuersione in oppositam qualitatē. de qua dt Aristo. primo prioꝝ.

Conuersio in oppositam qualitatem — Pro quo tñ est sciendum q ꝯuersio in oppositam qualitatez est ꝯña formal' duarum ppositionum vocaliter et apparenter cathegoricaꝝ apparēter vtroqz termino ꝑticipantiū. et apparēter diuersaꝝ qualitatū q in mēte sunt hypotetice. et eiusdem qualitatis vt sortē ꝯtingit currere. ergo sortem cōtingit nō currere. Et dicit' apparenter cathegorice. qz nulla illaꝝ in re est cathegorica. saltem put est cōuersio in oppositam qualitatem. sz qlibet in mēte est hypotetica. et qlibet talis ppō in qua ly ꝯtingit affirmat'

z suppositū est terminus cōmunis siue infinitiuus neget siue affirmet valet vnam copulam cōpositā ex ptibus succōtrariātib ex parte modi. z hoc,put ly contingit dicit cōtingentiam ad vtrūlibet. vt ista hominez contingit currere valet tantū hō possibiliter currit z hō possibiliter nō currit. Corelariū. Oēs tales ꝓpōnes sunt sinonime que differūt solum penes affirmationem z negationem infinitiui in qb ly cōtingit dicit ꝯtingentiam ad vtrumlibet. z sic iste due sunt sinonime. sortem ꝯtingit currere. sortem contingit non currere. Et sic patet ꝙ ibi non est conuersio in oppositam qualitatem. Sortem ꝯtingit currere. ergo sortem contingit currere. quia non sunt apparenter diuersarum qualitatū. Et de tali conuersione nihil ad ꝓpositum. sed de ea determinatur prio prorū. Alio modo ly contingit capitur vt conuertitur cum ly possibiliter z tunc ꝓpositio ratione ipsius nō habet conuerti in oppositam qualitatez

Ulterius est sciendum ꝙ ille terminus ꝯuersio capitur adhuc dupliciter. Uno mō large. Alio mō stricte. Large tūc cōuersio p cōtrapositōnem etiam est ꝯuersio. Et tunc describitur sic. Conuersio large est duarum ꝓpōnum cathegoricaꝝ vtroqꝫ termīo participantium ordine cōuerso earundem qualitatū vnius ex alia formalis ꝯsequētia. Uel ē duarum ꝓpositionum cathegoricarum earūdem qualitatū z qntitatū quarum extrema solum differūt penes finitū z infinitū ordine cōuerso vnius ex alia bona ꝯña. Ultima pticula additur ꝓpter ꝯuersionē p contrapositōem q nō est formal ꝯña. lꝫ sit bona. nā lꝫ ista sit bona ꝯña. oīs hō est anial. ergo oē nō aial ē nō hō. tñ non est formal. q in sili non sequitur ois homo est ens. ergo oē nō ens ē nō homo. q subiectū ꝯñtis pro nullo supponit. Scdo Jlle terminus cōuersio capit stricte. ita ꝙ per prius z principaliter fcat cōuersionē simplicem z per accñs. Et p posterius z minus principaliter significat ꝯuersionē p ꝯtrapositionem. Et tunc ille terminus cōuersio describit sicut prius omittēdo vltimā particulam diffinitōis vicꝫ Uel est duaꝝ ꝓpōnum cathegoricarū zc. z sic cōuersio p ꝯtrapositionē nō est ꝯuersio. q in oī ꝯuersione ꝓpe dicta conuertens z ꝯuersa debent participare in extremis. z vtroqꝫ termio participare. Et hoc n̄ fit in ꝯuersiōe p ꝯpositionē. eo ꝙ sp plus erit subiectuz ꝯñtis q̄ꝫ fuit predicatum añcedētis z ecōuerso. Nec valet ꝯña Hoc ē conuersio p ꝯtrapositionē ergo est cōuersio. q arguitur cum dictōe distrahēte. q ly p ꝯpositionē est dictio distrahens respectu ly cōuersio Dicit in diffinitiont cōuersionis est ꝯña formalis. q sic dicēdo. ois hō ē risibil. g oē risibile est hō. nō ē cōuersio. lꝫ sit bona cōsequētia tñ nō est formal. q in sili nō sequit. ois hō ē aial. g oē aial ē hō Dicit earūdē qlitatū. nā ibi non est cōuersio. de possibiliter nō est de. ergo de possibiliter ē deus. licet sit formal ꝯña. z hoc tenēdo ꝙ impossibile nō sit significabile simplici ꝯceptu. nec illa tūc est secum eiusdē forme chimera possibiliter non ē chimera. ergo chimera possibiliter est chimera. quia chimera est terminus complexus. Ex illo patet ꝙ ille terminus ꝯuersio nec capitur actiue neqꝫ passiue. neqꝫ actiue z passiue siml. Quia actiue cedēte z ꝯñte cum no tunc esset propositio conuertens. Sed passiue esset proposio conuersa. ta zc.

large

Cōuersio

stricte

Cōuersio capit p s...

De Conuersione

Sed actiue ⁊ passiue simul tunc esset ꝓpositio cōuertens ⁊ cōuersa simꝉ. modo nullum illoꝝ est ꝯña .nec cōuertens ⁊ conuersa sunt ꝯsequentia. quia non sunt ꝓpositio. sed ꝓpō plures. Sed cōuertens ⁊ cōuersa simul cum nota hypoteticali sunt conuersio. Et ꝑ istis tribus simul ꝑ conuertente ⁊ pro conuersa ⁊ pro nota hypoteticali capiꝛ in ꝓposito ille termiꝰ conuersio. Correlarium. Nō oīs cōuersio est ꝓpositio rōnalis. sed aliqua conditionalis. vt illa. si homo est aīal animal est hō. ⁊ aliq̄ causalis vt quia hō est animal. aīal est homo. Ulterius est notandū. ꝙ cōuersa est ꝓpositio q̄ conuertitur. i. est ꝓpositio que est antecedens in cōuersione. Sed cōuertens est ꝓpositio que cōuertit aliam. i. est ꝓpō que est ꝯñs in conuersione. Sed conuersio est illa duo simul vna cum nota. ⁊ sicut cōuertens est pars cōuersionis. sic etiam conuersa Correlariū. Eadē ꝓpositio cōuersa habet plures ꝯuertentes nō sinonimas vt quelibet talis in quibus ponuntur plures vniuersalitates. vt ista nullus hō ē animal habet illam nullum animal est homo. ⁊ hoc absoluendo nullus a genere. vel illam nullum anial est oīs homo. Sic etiam eadem conuertens pōt habere plures cōuersas nō sinonimas. vt ista hō est anial pōt habere primo illam ꝯuersam oē aīal est hō. secundo illā. omne aīal est oīs hō. tertio illam. aīal est omnis hō. Arguiꝛ Si diffinitio cōuersionis staret seq̄reꝛ ꝙ ibi esset ꝯuersio hō est nō aīal. ergo aīal nō est hō

Cū noticia ꝯditionali causali ⁊ ratōnali fit conuersio.

Eadem ꝯuersa habet plures ꝯuertētes ⁊ econuerso.

Arguitur.

Confirmaꝛ. Illa nō est ꝯuertibilis non est verisimile ꝙ sortes sit ꝓbus. ergo. Cōfirmaꝛ de illa non est vis. Ad primū respondeꝛ negando sequelā. ⁊ ad ꝓbationem dicendum ꝙ nō est ꝯuersio. qꝛ nō sunt eiusdem qualitatis. etiam nō est consequetia formalis. qꝛ in simili nō sequiꝛ substantia est nō aīal. ğ animal nō est substātia. qꝛ in talibꝫ arguiꝛ a nō distributo ad distributum. Ad secundum dicendum est ꝙ ipsa est singularis. Et subiectum est hoc totū ꝙ sortes sit ꝓbus. ⁊ ly verisiꝉe ē predicatum. ⁊ ꝯuertitur sic. igiꝛ nullū verisiꝉe est ꝙ sortes sit ꝓbus Et ly verisimile ē nomē ꝯpositū ex recto ⁊ obliquo. ⁊ est terminꝰ secūde intentionis. Et sic patet ꝙ in mente etiam est cōuersio. licet em̄ in mēte nō sit ordo finalis. ita ꝙ subiectum poneretꝛ in vno situ ⁊ p̄dicatum in alio eo ꝙ ponunꝛ in subiecto indiuisibili scꝫ in anima. est tñ in mēte ordo cōceptionis. ita ꝙ intellectus prius concipit vnum terminum q̄ȝ aliuȝ.

R. ad primū argum̄.

Ad secundum

Ad tertium.

Ad tertium respondetur Negando sequelam. quia ista propositio. non est vis est vniuersalis negatiua. ly vis est subiectum. ly ens est predicatum inclusum in ly est Debet ergo sic conuerti. ergo nullum ens est vis.

Conuersio simplex est facere de subiecto predicatum manente eadem qualitate et quātitate. et hoc modo conuertitur vniuersalis negatiua in se et particularis affirmatiua in se. vt nullus homo est lapis. ergo nullus lapis est homo. quidam homo est animal. ergo quoddam animal est homo.

De Conuersione

Pro ista littera est notandum ꝙ ista diffinitio sic debet intelligi. Con
uersio simplex est duarum ꝓpositionū cathegoricaꝝ vtroqꝫ termio par
ticipantium earundē qualitatū ⁊ quantitatū ordine conuerso vnius ex
alia formalis ↄña. vt Nullus hō est animal. ergo nullum aial est homo
absoluendo ly nullus a genere. Sed diffinitio conuersionis ꝑ accidens
sic debet poni cum diffinito. Conuersio ꝑ accidens est duarū ꝓpositio//
num cathegoricarū vtroqꝫ termino participantium earundē qualita//
tum ⁊ diuersaꝝ quantitatum ordine cōuerso vnius ex alia formalis cō
sequentia. vt oīs homo est aial. ergo aial est homo. Ex isto patꝫ ꝙ cō
uersio simplex ⁊ ↄuersio ꝑ accidens solum differunt penes quantitatē
quia in cōuersione simplici manet eadem quātitas. Sed in ↄuersiōe ꝑ
accñs mutatur quātitas. Correlariū. ꝙ omnis ꝓpō vl'is affirmatiua
siue negatiua habet conuerti ꝑ accidens. Correlariū secundū. ꝙ oīs
ꝓpositio q̄ habet cōuerti simpl'r habet etiam conuerti ꝑ accidens. dem//
ptis ꝓpōnib' in exceptionib' sequentib'. Prima. in quib' extrema sunt
termini sinonimi vt sortes est sortes. sortes est plato que solū habent cō
uerti simpl'r ⁊ non ꝑ accidens. Secunda exceptio. Quando ambo ex
trema accipiūtur determinate ⁊ vnica acceptione ꝓpter tales. aliq̄s hō
est animal. aliq̄s hō est risibilis. que solum habēt cōuerti simpl'r. eo ꝙ
nulla mētalis est indefinita cuius subiectum accipit' determiate. ex quo
acceptio determinata in mente fit ꝑ actum Et sonat exceptio secūda so//
lum de ꝓpōnibus mentalib'. Pro illo textu est notandum ⁊ hoc mō
vl'is ↄuertit' ⁊c. quia ipse vt ponit' nō est verus. q₂ nō oīs vl'is negatiua
habet simpl'r ↄuerti in se. vt patet de ista vel ↄsimili. nullus hō ē sortes
sic etiā de ista nullus hō est oē animal. Sed sic intelligit'. Omnis vl'is
negatiua cui' p̄dicatum est terminus cōiter tentus ⁊ distributus ⁊ vni
ca acceptione acceptus est cōuertibilis simpl'r ⁊ cum hoc etiam ꝑ accñs
Dicit' termin' cōiter tentus ꝓpter tales. nullus hō est sortes. null' hō est
iste homo. Dicit' distributus ꝓpter tales. nullus hō est oē aial. null' hō
est oē risibile q̄ nō hꝫ cōuerti simpliciter. sed solum ꝑ accidens. eo ꝙ pre
dicatū in eis nō distribuit'. Eodem modo habet intelligi secunda ꝑs
Et sic Omnis ꝓpositio particularis vel indefinita cui' p̄dicatum ē ter
minus cōiter tentus vnica acceptione acceptus habet cōuerti simplicit'.
Dicitur cōiter tentus ꝓpter tales aliquis hō est sortes. hō est plato. Dr
vnica acceptiōe acceptus ꝓpter tales. aliq̄s asinus ē hoīs asinus. q̄ non
hꝫ cōuerti simpl'r. sic ergo. alicui' hoīs asinus ē asinus. q₂ hec ē ↄuersio
ꝑ accñs. neqꝫ sic. ergo aliq̄s asin' hoīs est asinus. q₂ licet sit bona ↄña tñ
nō est formalis. q₂ in simili nō sequit'. aliq̄s hō est regis cantor. ergo ali
quis cantor regꝫ ē hō. q₂ in tali casu in quo aliq̄s dux esſꝫ q̄ ꝑ prima me
dietate huius hore nō esset rex sed dux. ⁊ aliq̄s hō esset ei' cantor. Sed
pro secunda medietate esset rex ⁊ tunc nullum cantorem haberet. antece
dens esset verum ⁊ consequens falsum. Et importaret ly est totam ho
ram. quia in consequente isti duo termini regis ⁊ cantor accipiūtur vni
ca acceptione. ⁊ ponunt' a ꝑte eiusdē extremi. Et sic appellant sua signi//
ficata formalia adiacere ꝑ eodem tꝑe verbi. Et sic ad veritatē ↄñtis re//

Diffinitio intelligitur sic.

Cōuersio ꝑ accñs.

Omnis ꝓpō q̄ hꝫ cōn uerti simpl'r hꝫ etiā cō uerti ꝑ accñs ⁊c.

Uniuersalis negatia ↄuertit' simpl'r.

Particularis affirma tiua ↄuertit' simpl'r

quirit ꝙ aliq̄s homo esset cantor regis. eo tempore quo ipse esset rex. ⁊ hoc nō reqritur ad veritatē antecedentis. q: in ãncedente accipiunt di-uersis acceptionib⁹. Est ergo cōis regula. Q̄ñcunq₃ aliq̄d predicatū in aliqua ꝓpositione q̄ debet ꝯuerti accipit diuersis acceptionib⁹. tūc si ta-lis propositio debet formaliter ꝯuerti subiectum in cōsequente etiā de-bet accipi diuersis acceptionib⁹. ergo illa. aliquis asinus est hois asinꝰ. sic cōuertitur ⁊ ꝑ accidens. ergo hominis asinus est asinus. Sic etiā q̄-libet ꝓpositio singularis cuiꝰ ambo extrema accipiunt discrete vnica ac-ceptione habet conuerti simpliciter ⁊ solum simpl'r. Ulterius notandum est circa ꝯuersionē ꝑ accidēs vbi dr. ⁊ hoc mō vl'is affirmatiua cō-uertitur in ꝑticularem affirmatiuā. ꝙ vl'is affirmatiua nō solum h₃ cō-uerti ꝑ accidens. sed etiam simpl'r ⁊ in duob⁹ casibus. Primo. quādo p̄dicat de sinonimo in sinonimū. vt oīs homo est hō que formaliter sic ꝯuertitur. ergo oīs homo est hō. Nec obstat ꝙ arguit a nō distributo ad distributum. q: talis ꝯña adhuc manet formalis. q: arguit in terminis sinonimis. Secūdus casus. qñ predicatū distribuitur ⁊ accipitur vnica acceptione. vt omnis homo est omne aīal que bñ sic ꝯuertit. ergo omne animal est hō. vel sic. ergo omne animal est oīs homo. Nulla tñ ꝓpō vniuersalis affirmatiua in qua p̄dicatum nō distribuit nec ibi p̄dicat sinonimū de sinonimo h₃ ꝯuerti simpl'r. sed solum ꝑ accidens.

Regula de diuersa acceptione.

Uniuersalis affirmatiua ꝯuertit ꝑ accñs.

Conuersio per contrapositionem est facere de subiecto predicatum ⁊ econuerso manente eadem qualitate et quantitate. sed mutatis terminis finitis in terminos infinitos.

Notandū est ꝙ cōuersio ꝑ ꝯtrapositionem ꝓprie non est cōuersio. q: ꝯuertēs ⁊ cōuersa nō ꝑticipant. Etiam nō est ꝯña formalis. Et describitur sic recipiendo vltimā particulam diffinitōis cōuersionis in genere vicȝ vel est duaꝝ ꝓpositionuȝ ⁊c̄. Et quelibet vl'is affirmatiua habet cōuerti ꝑ ꝯtrapositionem. Sic etiā ꝑticularis negatiua. Et talis cōuersio ꝑ ꝯtrapositionem nō est ꝯña formalis nisi assumat constātia terminoꝝ. Nam ista cōsequētia est bona. oīs homo est animal. ergo oē nō animal est nō homo. tñ nō formalis. q: in simili nō sequit. oīs hō ē ens. ergo omne non ens est non homo. quia ꝯñs est impossibile. quia subiectum eius ꝓ nullo supponit. Et ꝓ illo est sciendum. ꝙ ad hoc ꝙ conuersio ꝑ contrapositionē sit consequentia formalis requirit ꝙ si affirmatiua de terminis finitis debet ꝯuerti ꝑ contrapositionem ꝙ assumat cōstantia terminoꝝ in consequente positoꝝ videlicet infinitoꝝ. vt ista. oīs homo est aīal debet sic conuerti formaliter ꝑ ꝯtrapositionem oīs hō est aīal. ⁊ nō animal est ⁊ non homo est. ergo oē non aīal est non homo. vl' sic non animal est nō homo. quia nō oportet ꝙ semꝑ ꝯuertēs sit eiusdeȝ quantitatis cum conuersa. quia quecunq₃ ꝓpō infert vniuersalem. etiā infert eius particularem vel indefinitā. Et sic bene potest omitti in diffinitione conuersionis ꝑ contrapositionem illa particula earundē q̄ñti

Cōuersio ꝑ ꝯpositōeȝ ꝓprie nō est ꝯuersio neq₃ ꝯña formalis.

ꝙ ꝓpō ꝯuertat ꝑ ꝯpositionē reqrit primo.

tatum. Si vero ꝓpositio negatiua de terminis finitis debet conuerti formaliter ꝑ contrapositionem in terminos infinitos. tunc debet recipi ꝯstantia termīnoꝝ in an̄cedente positoꝝ ⁊ finitoꝝ. vt hō nō est animal. ⁊ homo ē ⁊ anial est. ergo nō aial nō est nō homo. Et sic ꝓpō vniuersalis negatiua nō hꝫ ꝯuerti ꝑ ꝯtrapositionem in vnam vl'em negatiuam sed bene in particularem negatiuā. q̄ꝛ ista ꝯn̄a non est formalis. nullus hō est animal ⁊ hō est ⁊ aial est. ergo nullū nō aial est nō hō. licꝫ sit bona. q̄ꝛ an̄cedēs eiꝰ impossibile. ⁊ hoc absoluēdo ly nullus a genere. tn̄ nō est formalis. q̄ꝛ in siꝉi nō sequit̄ nullus hō est currens. ⁊ homo est ⁊ currens ē. ergo nullum nō currens est nō hō. q̄ꝛ si nullus hō curreret ⁊ nullū brutum curreret. an̄cedens esset verum ⁊ ꝯn̄s falsum.

Secundo.

Ulteriꝰ est sciendum ꝙ nō solum ꝓpō de terminis finitis habet cōuerti ꝑ ꝯtrapositionē in termīos infinitos. sed ecōuerso ꝓpō de terminis infinitis habet ꝯuerti ꝑ ꝯ̄positionē in termīos finitos. vt ibi est cōuersio ꝑ ꝯtrapositionem. oē nō animal est non hō. ⁊ hō est ⁊ animal ē. ergo hō ē anial. Sic etiam ibi. nō hō non est nō aial. ⁊ nō homo ē ⁊ nō aial ē. ergo aial non est hō.

Propositio de termīs infinitis ꝯuertit̄ ꝑ contrapositōeꝫ in ꝓpōneꝫ de terminis finitis.

Correlarium. Nō solū vniuersalis affirmatiua hꝫ ꝯuerti ꝑ cōtrapositionē. sed etiā ꝑticularis affirmaitua ⁊ singularis. Sic etiam nō solum particularis negatiua sed etiā indefinita negatiua vel etiā singularis negatiua.

Contra ista omnia iam dicta de conuersione arguit̄. Sequeretur ꝙ illa non est conuertibilis homo currit. ⁊ pono ꝙ verba sint simplicia. quia non videtur quomō non sic. ergo quod currit est homo. quia non est formalis consequētia.

Arguit̄ primo
Homo currit.

Arguitur de ista. Cōtra oportet non est remedium

Secundo.

Confirmatur de ista. non oportet ꝙ omēs homines sint baccularij. quia nō videtur quomodo.

Tertio.

Ad primū argumentum respondetur. Admisso supposito ꝙ verba adiectiua sint simplicia Est dicendum ꝙ tales propositiones in quibus verba adiectiua sunt copule principales non sunt conuertibiles formaliter sed solum reductiue. Nam ista consequentia non est formalis homo currit. ergo qd̄ currit est homo. quia iam ly quod capitur relatiue. ⁊ refert ly ens subintellectum. Et non capitur coniunctionaliter. quia quando capitur cōiunctionaliter tunc verbum minus principale ꝯmuniter habet secū suppositum expressum in tali oratione in qua ponit̄ ly qd̄ coniūctionaliter. vt in tali vel consimili oratione ꝙ sortes est probus est bonum. ꝙ georgius studeat est bonum. Sed sic non est in talibus conuertentibꝰ. vbi verba minus principalia non habent aliquod suppositum expressum nisi ly quod vel suum condeclinium. Et ergo predicta consequentia nō est formalis. quia in simili non seq̄tur homo currit. ergo scamnū qd̄ currit est homo. Et ergo ibi solum est conuersio reductiua.

R̄. ad primū argum̄.
Si v̄ba adiectiua sūt incomplexa.

Pro quo est sciendum ꝙ Cōuersio reductiua est bona consequencia duarum ꝓpositionum cathegoricarum que differunt in transpositione extremorum. sic tamen ꝙ plus aut minus est subiectum consequentis q̄̄ fuit predicatum antecedentis Exemplum vbi plus. vt ibi. homo currit. ergo quod currit est homo. Ibi enim ly quod est pars subiecti in consequente. et tamen non fuit pars predicati in antecedente. Exemplum vbi mi-

Conuersio reductiua

nus. nam ista est cõuersio reductiua hõ est oẽ animal. ergo aial est hõ.
Nam scḿ Marsiliũ q̇ tenet q̈ signũ vniuersale affirmatiuũ positũ a pte
predicati sit ps predicati. ⁊ tũc minus erit subiectum ꝯñtis q̈ꝫ fuit p̄dica
tum añcedentis. Sed verum est q̈ Marsilius in hac pte cõiter nõ tene
tur. ⁊ ergo tũc nõ oportet q̈ addatur ista particula vel minus. nam ista
tunc est ꝓprie conuersio homo est aial. ergo aial est hõ. Et sic non valet
ꝯña Hec est conuersio reductiua ergo est cõuersio. q2 ly reductiua ẽ de-
terminatio distrahens respectu ly conuersio. quia ꝯuersio reductiua nõ
est formalis cõsequẽtia. nam ista nõ est formalis. homo currit. ergo qd̓
currit est homo. Ex quo ly quod capit᷑ relatiue tunc refert ly ens Et sic
in simili non sequitur. homo currit ergo lignum qd̓ currit est homo

Si v̄ba adiectiua sũt complexa..

Si aũt verba sunt complexa tunc talis oratio homo currit vel consi
milis in qua ponitur v̄bum adiectiuum nõ restrictum anteq̈ꝫ cõuertat᷑
debet prius resolui. vt sic. homo est currẽs. ⁊ tunc debet conuerti sic. er-
go currens est homo.

De v̄bis impsonalib9 actiue vocis

Similiter est dicendum de alijs ꝓpositionib9 in
quibus ponunt᷑ verba impsonalia. Nam si talia sunt incõplexa ⁊ sunt
in mente. tũc tales ꝓpões etiam solum habẽt cõuerti reductiue. vt ista
me tedet vicij. ꝯuertitur sic. ergo quem tedet vicij sum ego. ⁊ iam ly quẽ
refert ly ens vel ly homo. ⁊ sic valet tantum homo quẽ tedet vicij ẽ ego.
vel ens quem tedet vicij est ego. Et secunda est cõgrua. eo q̈ ly ens ẽ ge-
neris omnis. Sic etiã illa mihi placet bibere ⁊ similis. nã ꝯuertẽdo ta-
les ꝓpões v̄bo impsonali debet adiungi signum restrictiuum eiusdẽ
casus quẽ tũc tale verbum habet regere a pte ante. ⁊ obliqu9 q̇ pri9 red
debat suppositũ debet mutari in ntĩ. ⁊ nõ est incõueniẽs v̄bũ prime p
sone ꝓpt̓ ꝯgruitatẽ mutare in v̄bũ secũde vel tertie psone.

De verbis impsonalib9 passiue vocis.

Sil'r dicẽdũ
est de ꝓpõnib9 in quib9 ponunt᷑ verba impsonalia passiue vocis. vt ista.
a iohanne legit᷑ lectionem. cõuertit᷑ sic reductiue ergo ens a quo legit᷑ le-
ctionem est iohãnes. hoc totum est suppositum ens a quo legitur lectio
nem.

Si v̄ba impersonalia nõ sunt in mente.

Si aũt verba impsonalia non sunt in mente. tunc tales ꝓpositio
nes anteq̈ꝫ cõuertant᷑ debent resolui ratiõe verborum impsonalium ita
q̈ verba impersonalia passiue vocis resoluuntur in verba actiua vnde
descendunt. secum eiusdem tpis numeri ⁊ modi. Et obliquus mutet᷑ ĩ
ntĩ. vt ista a iohanne legitur lectionem resoluitur sic. iohãnes legit le-
ctionẽ. a petro disputat᷑ grãmaticam. petrus disputat grãmaticam. Et
tũc tales ꝓpões debent cõuerti sicut alie de verbis personalib9.

R. ad scd̓m argumẽ.

Ad
secundum argumentũ rñdetur q̈ ista ꝓpõ. contra oportet nõ est remedi
um debet sic conuerti. ergo cõtra oportet ens non est remedium. Et ca-
pitur ibi ly oportet nominaliter. ⁊ valet tantum sicut necesse Et nõ capi
tur verbaliter. q2 alias oratio esset incõgrua. ⁊ hoc totum est p̄dicatum
ens ꝙ oportet. ⁊ ly remedium est subiectũ. Et sic est vna de modo loq̄n
di inconsueto.

R. ad tertium.

Ad tertium rñdetur q̈ illa ꝓpositio vel consimilis non
oportet q̈ omnes homĩes sint baccularij habet conuerti reductiue. Et
si suppositio collectiua nõ est ponenda. tunc hoc totum est subiectum q̈
oẽs hoĩes sint baccularij Et ly oportet est predicatum. ⁊ cum hoc copu
la. ⁊ tũc ꝯuertit᷑ sic ergo qd̓ oportet nõ est q̈ oẽs homĩes sint baccularij.

De cõuersione

Arguitur p̃mo

Arguitur principalius. sequeretur ꝙ hic nõ essꝫ conuersio homo est
animal. ergo animal est homo. quia non est formalis consequẽtia. quia
in simili non sequitur homo est mortuus. ergo mortuum est hõ. Cõ

Secundo

firmatur. sequeretur ꝙ hec non esset conuersio nullus homo est asinus
ergo nullus asinus est homo. quia in simili non sequitur. nullũ mortuũ
est homo. ergo nullus homo est mortuus. Ista argumenta tangunt

Rx. Ad argumenta ɔ̃ ɔuersiones ⁊ silogismi nõ formales cõsequentie ⁊c.

ambo vnam difficultatem. Pro qua difficultate ⁊ eorũ respõsione est
notandũ. ꝙ magister marsilius ⁊ magister hugo tenẽt ꝙ silogismi ⁊ cõ
uersiões sicut cõiter formantur nõ sũt cõsequẽtie formales. quia ſm eos
tunc semꝑ datur instãtia ĩ terminis ampliatiuis sicut argumẽta ꝓbant.
quia ſm eos ad h̃ ꝙ sint formales cõsequẽtie oportet ꝙ subiectis in an-
tecedẽte et consequente addatur ly quod est vt sic hõ qui est ẽ animal. er-
go animal quod est est homo. Si tamẽ quis interrogatur de cõuersio-
ne aliquarum ꝓpositionum tunc debet eas conuertere sicut cõmuniter.
conuertuntur. Sed si interrogat̃ an sit formalis cõsequẽtia debet dicere
ꝙ nõ igitur addatur ly qd̃ est. Et ꝓ illo est sciendũ. ꝙ si verba impor-
tãt tempus seipso ⁊ nõ per ɔceptus tꝑales sibi aut extremis suꝑadditos
Et ad idẽptitatẽ forme nõ reqritur ɔsil'is ampla acceptio sub cõditiõe
tũc verum est. ꝙ silogismi et ɔuersiões sic cõiter formant̃ nõ sũt ɔ̃ñe for-
males. Si autẽ verba significãt cũ tꝑe ꝑ ɔceptus tꝑales sibi aut extre-
mis superadditos vl' si reqritur ad idẽptatẽ forme ɔsil'is ampla accep-
tio sub cõditõe tũc dictũ illoꝝ nõ est veꝝ. nam tũc ɔuersiões ⁊ silogismi
sicut cõiter formãt̃ sunt ɔ̃ñe formales. quia tũc nõ est idẽ situs terminoꝝ
in ꝓpositiõibꝫ ampliatiuis ⁊ nõ ampliatiuis. q̇a tũc in mẽtali istius ɔ̃ñe
vbi est ampla acceptio ponũt̃ mlt̃i termini. Et loco illoꝝ nullus termi-
nus ponitur in alia ɔ̃ña vbi nõ est ampla acceptio. Sic etiã si ꝟbũ signi
ficat cũ tꝑe seipo. ⁊ tñ ad formalitatem reqritur consil'is ampla acceptio
sub conditiõe tũc adhuc tale argumẽtũ de terminis ampliatiuis nõ est
eiusdẽ forme cũ alio vbi nõ ponunt̃ termini ampliatiui. ⁊ ꝑ h̃ pꝫ solutio

Differentie tꝑales nõ sũt ꝑtes extremoꝝ

amboꝝ argumẽtoꝝ. Et ẽ notãdũ. ꝙ in tali cõuersiõe vl' ɔsil'i homo fu
it aĩal. ergo aĩal qd̃ fuit fuit hõ qui est vl' fuit. ly qd̃ fuit nõ est ꝑs extre-
mi sicut cõiter tenet̃. nec etiã ly q̇ ẽ. si aũt poneret̃ oppositũ vicꝫ ꝙ dĩe tꝑa
les eẽnt ꝑtes extremoꝝ tũc tales ꝓpõsitões de termis ampliatiuis eẽnt
ɔuertibiles ɔuersiõe reductiua q̇a tũc ñ eẽt formalis ɔ̃ña. nã illa non est
formal' ɔ̃ña. homo fuit aĩal. g̃ animal qd̃ fuit fuit hõ qui est vl' fuit. Naꝫ
in sil'i nõ seq̃t̃ hõ fuit aĩal. g̃ aĩal qd̃ currit fuit homo q̇ currit vl' q̇ cucur-

Declarat. 38. propõnes quõ õbeãt ɔuerti

rit. Ex istis omnibus patet. quõ plures ꝓpositiones possunt conuer-
ti. nam ista non est ita qd̃ homo est asinus habet sic conuerti. ergo nullũ
ita est quod homo est asinus. Et iam ly ita capitur pro termino secunde
intentionis. ⁊ valet tantum sicut verũ. Et sic h̃ totũ quod hõ est asinus
restringitur ꝑ ly ita. Et sic ly ita est predicatuꝫ ⁊ hoc totum qd̃ hõ est asi
nus est subiectum. Correlarium. Illa ꝓpositio omnes capitur colle- 2
ctiue. cõuertitur sic. ergo hoc quod capitur collectiue ẽ ly oẽs. Sed ista.
sortes videt suum asinum sic conuertitur. igitur videns sortis qui est ip-
semet asin est sortes. Et pro ista ɔsiderande sunt due regule. Pria 3

Quãdocunq̧ relatiuum reciprocum ponitur in propositione expresse
tunc in conuersione relatiuum semper debet mutari in genitiuuȝ sui an
tecedentꝫ. Secunda regula. quando relatiuum reciprocuȝ ponitur se so
lo sine suo substantiuo expresso tunc oportet ꝙ relatiuum mutetur in ge
nitiuum sui antecedentis ⁊ in terminum transcendenteȝ. vt sortes videt
suum. sic conuertitur. ergo videns ens sortis qui est ipsemet est sortes.
4 Correlarium. illa plures sunt beani q̧ studentes. habet sic conuerti
ergo plures beani q̧ studentes sunt beani. ⁊ ly beani in predicta ppo//
sitione est subiectum. ⁊ hoc totum est predicatum. plures beani q̧ stu//
5 dentes. Sic etiaȝ dicatur de ista. plures fuerũt dies q̧ anni. ibi eñ
ly dies est subiectum. plures dies q̧ anni predicatum. Et conuertitur
6 sic. plures dies q̇ sunt vel fuerunt q̧ anni q̇ fuerunt fuerũt dies. Cor//
ralarium. Illa nullus homo inest sic ꝯuertitur. ergo nullum; qđ inest ẽ
homo. vel sic. nullum inherẽs ẽ homo. recipiẽdo participiũ accõmoda//
7 tum. Sic etiam illa. nullus homo adest. ergo nullũ presens ẽ hõ iterũ
8 recipiẽdo participium accõmodatũ huius verbi presum. Correlariũ.
Illa substãtia quelibet pars non ẽ. sic cõuertitur igitur ens nõ ẽ cuiusli//
bet substantie quelibet pars. Vel sic. igitur ens substantie pars non est
9 Correlarium. Illa nullus homo ẽ omne animal sic conuertitur. er//
go animal non ẽ omnis homo. ⁊ non sic ergo animal non est homo. q̇a
nõ est bona consequentia. quia si solum hoies essent iter aialia añs esset
ꝟm ⁊ ꝯñs falsum. quia ibi arguitur a su ppositõe cõfusa tm̃ ad determi
10 natã respectu eiusdem mltitudinis. Correlariũ. Illa Deli⁹ ẽ pmo//
ueri q̧ reijci. sic cõuertitur melius q̧ reijci ẽ pmoueri. Et capit̃ ibi com//
11 patiuus improprie. Correlariũ. Ista sortes vel plato nõ est ego vl̃ tu
sic cõuertitur. ergo ego vel tu nõ sum vel es omnis sortes vl̃ plato. nam
quandocunq̧ suppositũ est disiunctum ex dictionibus diuersarũ perso
rum vel numerorum vel casuum tunc verbum etiam debet esse disiunctuȝ
12 Et sic ista est incongrua. ego vel tu sum sortes vl̃ plato. Correlarium
ista ego hodie nullotiens comedi. sic conuertit̃. ego nullis vicibus q̇ sunt
vl̃ fuerunt comedens quod fuit fuit ego qui sum vel fui. ⁊ ly nullotiens
valet tantum sicut nullis vicibus. Sȝ ly aliquotiens. id est aliquod vici
13 bus. Correlarium. Ista sortes habet tantũ de vino quantũ de oleo
sic cõuertitur. ergo habens tantũ de vino q̧tum de oleo est sortes. vl̃ sic
ergo habens aliquam q̃ntitatem vini ⁊ tantam olei est sortes. Corre
14 larium. Illa nulli homines loquebantur. sic conuertitur. ergo nulli lo//
quentes qui erant erãt homines qui sunt vel erant. ⁊ hoc si verba sunt
cõplexa. Si aũt sũt incõplexa tũc sic. ergo nulli q̇ loq̄bãtur q̇ erant erãt
15 homines qui sunt vel erant. Correlarium. omni magnitudine data
contingit dare maiorem. priusq̧ conuertatur. resoluitur sic. omnis ma//
gnitudo est ens quo dato contingit dare maius. Et tũc cõuertitur sic.
ergo ens quo dato contingit dare maius est magnitudo que est vl̃ fuit.
Et capitur ibi ly contingit impersonaliter. Posset etiam sic conuerti. si
verba impersonalia sunt in mente. ergo quod contingit magnitudie da
ta dare maius magnitudine est aliquis qui est vel erit vl̃ potest esse.

De cõuersione

Correlarium Illa silogisantem habendum est terminos.ergo a quo 16
habendum est terminos est silogisans.vl' sic.ergo habens terminos est
silogisans.si verba impersonalia non sunt in mente. Correlariũ Ista 17
necesse est scandala euenire sic conuertitur.ergo scandala euenire est ne//
cesse Et ly scandala euenire capitur materialiter.et hoc capiendo ly neces
sarium prout est secunde intentionis prout vali tantum sicut propositio
necessaria.secus si caperetur pro termino prime intentionis sicut in ista.
scandala necesse est euenire que sic conuertitur.ergo euenientia possibi
liter sunt scandala. Correlarium.Ista perpetuus est homo capien// 18
do ly perpetuus cathegorematice sic conuertitur.ergo homo est perpe//
tuus.Sed sincathegorematice sic cõuertitur.ergo homo est ens in tem
pore presenti preterito futuro vel possibili Correlariũ.ista sonus au 19
ditur.Sic.ergo quod auditur est sonus qui est vel immediate ante hoc
fuit. Sic etiam illa.Nix videtur igitur quod videtur est nix que est vl' 20
immediate ante hoc fuit. Sed illa domus edificatur.sic ergo qđ edi// 21
ficatur est domus q̃ est vel immediate post hoc erit.Correlarium.Illa 22
tunica fuit a sartore.sic ergo quod fit a sartore est tunica q̃ est vl' imediate
post h̃ erit. Sed illa a sartore fit tunica sic ergo qđ a sartore fit ẽ tunica 23
q̃ est vl' immediate post hoc erit.Et non sic.ergo quod a sartore fit tuni
ca q̃ est immediate post hoc erit.quia ibi ly fit importat factionẽ simpl'r
sed in ista a sartore fit tunica iportat factionẽ ẜm q̃d quia ly fit sequitur
terminus connotatiuus. Correlarium.Ista ego fui tu vel ille vl' ego 24
sic ꝯuertitur.ergo.Tu qui fuisti vel ille qui fuit vl' ego qui fui fuisti fuit
vel fui ego qui sum vel fui. Sed me vel te oportebit comedere sic igitur 25
quem oportebit comedere erit ego vel tu qui sum vel es ero vel eris.

Correlarium.Illa huic lacti infuit albedo.Sic ergo huic lacti quod 26
ẽ vel fuit iherẽs qđ fuit fuit albedo. Sed illa.Tu rebare sic ergo rens 27
quod erat erat tu quis es vel eras. Correlarium.Illa Senex centum 28
annorum erit puer vnius diei.Sic conuertitur.Puer vni⁹ diei qui erit
erit senex centum annorum qui est vel erit.Et illa est vera pro pucro
qui iam esset vnius diei Et viueret centum annos. Correlarium:
Quidquid tu comedisti tu bibisti.sic conuertitur ergo ens quod come// 29
disti bibens quod fuit.fuit tu quis es vel fuisti. Correlarium.Aliqđ 30
est summa calefactio sic ergo summa calefactio est aliquid quod est vl' im
mediate post hoc erit. Sed illa aliquid fuit summa calefactio. Sic er 31
go summa calefactio fuit aliquid quod est vel fuit vel imediate post hoc
erit. Correlarium.Ista asinus mutatur sic ergo quod mutatur est asi 32
nus qui est vel immediate ante hoc fuit vel imediate post hoc erit.nam
ly mutatur habet ampliare ad tres differentias temporũ. Correlariũ 33
Ista homo est pictus sic ergo homo pictus est homo pictus.Et in con
sequente solum ly homo debet esse predicatum.Et additur sibi ly pict⁹
vt restringat ipsũ ad standũ pro illo pro quo stetit prius Correlarium 34
Cras hora sexta disputabitur questio subscripta sic ergo crastina die
que est vel erit hora sexta que est vel erit quod disputabitur erit questio
3 — Tercio mō capitur strictissime. vt ꝓ illo quod de facto est pars p̄ncipalis ⁊ materialis ꝓpōnis cathegorice. Et ita accipitur in proposito. Correlariū. obliqui vt sic etiam sunt termini. vt patet in illis vel consimilibus hominis interest currere. platoni placet studere. sortem possibile est esse probum. Similiter verba dummodo sunt incōplexa. si auteꝫ sunt cōplexa tunc nō sunt termini vt in ꝓposito. Debet ergo diffinitio cum diffinito sic poni.

Diffinitio termini sic intelligitur — Terminus scilicet strictissime captꝰ ē scilicet pars p̄ncipalꝭ ⁊ materialis ꝓpositionis cathegorice in quē. i. in quam. s. partē resoluitꝭ ꝓpositio. i. nata est resolui ꝓpositio tanqꝫ in subiectum ⁊ predicatū eiusdem. s. ꝓpositionis cathegorice. Dicitur primo terminus strictissime captus ad excludēdū terminū large vl' stricte captū. q̇a de illis nō ē ad ꝓpositū. Dr̄ in quā nata ē resolui ꝓpositio.

Propōnē resoluere. — Pro illo est notandū ꝙ ꝓpōnem resoluere vt in ꝓposito est a propositione remouere omnes terminos siue cathegorematicos siue sincathegorematicos q̇ nō sunt partes extremoruꝫ vl' ꝑs extremi. vt ista hō est aīal. sic resoluitꝭ hō al'. nullū animal est oīs hō. sic resoluitꝭ aīal hō. ex quo alia signa ibi posita nō sūt partes extremi

Correlarium. ꝓpōnē resoluere vt in ꝓposito nihil aliud est nisi assignare subiectū ⁊ predicatū in ꝓpositione. Correlarium. ista quilibet asinus cuiuslibet hois exn̄s om̄e animal est in scholis. sic resoluitur asinus cuiuslibet hois exn̄s om̄e aīal ens in scholis. Et iam non deponi-

tur ly cuiuslibet neqꝫ ly om̄e cū sint partes extremoꝝ. Sed illa nō nullus hō nō ē om̄e aīal. capiēdo oēs negationes negant. sic resoluit. hō aīl. Sed capiendo vnā negationē infinitanter vt vnā que nō pponitur imediate copule tunc sic resoluit. ens qđ nō ē hō aīl. Sꝫ illa vidēs oēm equū currit si ꝟba sīt cōplexa. tūc sic resoluit. videns oēm equū currēs. Si aūt verba sunt incōplexa tunc ē actu resoluta sic ꝙ resoluēs ⁊ resoluta sūt eadem ꝟba. Correlariū. sic capiendo resolutionē ꝓpōis tūc nō valet ꝯña a resoluēte ad resolutā nec ecōuerso q̄a resoluta nō est ꝓpō sꝫ solū ē extrema. Spāliꝰ nota. ꝙ q̄uis sit multiplex terminꝰ tū q̄ntū ad ꝓpositum sufficit. triplex est terminus vicꝫ resolubilis. exponibilis et officialꝭ.

Terminꝰ resolubilis.

Terminꝰ resolubilis est terminꝰ rōe cuius ꝓpō hꝫ resolui in singulares vel in aliā ꝓpōnem equiualentē ei quo ad veꝝ ⁊ falsū. Exēplum vt oīs q̄libet neuter cuiuslibet et similes. nam illa omnis hō currit rōe termini resolubilis in ea positi scꝫ om̄is resoluitur sic. p̄mo mō. hō currit ⁊ nihil est hō quin ipsum currit. Scđo sic ⁊ in singulares ille hō currit ⁊ ille hō currit. ⁊ sic de singulis. Vel sic. sortes currit vel plato currit ⁊ cicero currit ⁊ sic de singulis. Sꝫ illa cuiuslibet hoīs asinus q̇escit sic habet resolui hoīs asinus quiescit. ⁊ non est aliq̇s hō quin ipsius asinus q̇escit. Vel posset secunda sic formari. ⁊ nō est aliquis hō cuius asinus nō quiescit. Et de isto mō resoluendi videbit circa vnā regulā arguēdo a resoluente ad resolutā q̄ ē bōa ꝯña ⁊ ecōuerso ⁊ ī ꝓposito non capit sic resolutio sicut supra patuit.

Terminꝰ exponibilis

Sed terminus exponibilis est terminus ratiōe cuius ꝓpositio hꝫ exponi vt tantum preter inquantum aliud ab differt et silꝛia. Et quis sit talis modus exponēdi videbitur in secunda ꝑte consequentiarū de quibus duodecim ponuntur articuli.

Terminus officialis.

Sed terminus officialis est terminus qui habet exercere certum et speciale officiū in ꝓpositiōe sicut cupio volo cognosco bis ter. silr ly a quādo est signū alicuius suppositionis ex certificatione. Correlariū. capiendo ly terminꝰ large tunc omnia ista sunt sinonima videlicet dictio ꝑs orotionis terminꝰ signū vocabulum quia omnia talia significant ens quod natū ē ingredi orationem. Et distinguuntur contra rem ad extra solū in hoc q: res ad extra non potest naturaliter ingredi orationem imo terminus vel signum vel dictiones etiam sunt res vel ens.

Dici de omni ē q̄ndo nihil est sumere sub subiecto de quo nō dicat predicatū. vt omnis homo currit

Textus p̄ns nō ē diffinitio

Pro ista littera est notandū ꝙ ille textus non est diffinitio quia nō hꝫ genus diffiniti sed est quedam notificatio ⁊ probatio omniū silogismorum affirmatiuorum ad sensum posterius dicendum. Et est vnum p̄ncipium regulatiuum ⁊ probatiuum silogismorum affirmatiuorum.

Dici de oī ita exprimit

Secundo notandum ꝙ hoc totum dici de om̄i est vnus terminus personaliter captus ⁊ vnum nomen neutri generis ⁊ scđe intentōis supponēs ꝓ principio regulatiuo et probatiuo silogismoꝝ affirmatiuorum Et quia textus vt ponitur non est planus. Ipse sic hꝫ intelligi Dici de omni est quandocunqꝫ aliquod predicatum affirmat de subiecto ali

quo cōplete distributo vel de parte eius tunc de quocunqꝫ tale subiectū natum est affirmari de eodem etiam tale predicatum natum est affir-mari. vt omnis homo est substantia ⁊ omne risibile est homo. ergo omne risibile est substantia. Correlariū. dici de omni in re nihil aliud ē nisi principium probatiuū silogismorum affirmatiuorum ⁊ vna regula iuxta quam se habent silogismi affirmatiui. Et in re est illa ꝓpositio iam ad sensum posita. Dicitur de subiecto cōplete distributo per hoc innuit ꝙ si subiectū in aliqua non distribuitur complete tunc talis silogismus nō regulatur per dici de omni vt in tali vel ꝯsimili silogismo. omīs essentia diuina est pater. ⁊ filius est essentia diuina. ergo filius est pr̄. Si autem subiectum distribuitur in ea complete tunc optime regulatur ꝑ dici de omni. Pro quo est aduertendum. ꝙ subiectū dupliciter dicitur distribui scilicet complete et incomplete. Terminum distribui complete est ipsum distribui pro omnibus suis suppositis tam personaliter ꝗꝫ essentialiter distinctis. Sed terminū distribui incomplete est ipsum distribui ꝓ suis suppositis personaliter distinctis solum vel essentialiter distinctis solum. Dicitur vel de parte eius per hoc innuitur ꝙ tales silogismi etiam regulantur per dici de omni vt omnem equum videt sortes ⁊ brunellus est equus. ergo brunellum videt sortes. Similiter cuiuslibet hominis asinus quiescit ⁊ plato est homo ergo platonis asinus quiescit. et licet iam subiectū non sit complete distributum sufficit tamen ꝙ pars eius. Posset tamen dici ꝙ per subiectum in proposito intelligatur primus terminus cathegorematicus in propositione. Et sic bene dimitteretur ista particula. vel de parte eius. primum tamen sanius admitto: Correlarium. datur argumentum quod non est silogismus quod tamē regulatur ꝑ dici de omni vt omnis homo est aīal. ⁊ omnis homo ē homo igitur omnis homo est animal. nec hoc est inconuens

Aliqd dupl'r dicit' distribui

Dici de nullo est quando nihil ē sumere sub subiecto a quo non remoueatur predicatum vt nullus homo currit. hic cursus remouetur a quolibet homine ⁊ nihil est sumere sub subiecto a quo nō remoueatur predicatum scilicet cursus

Pro littera ē notandum. ꝙ ille terminus dici de nullo capitur eodem modo sicut dictum est de illo termino dici de omni ⁊ est vnum principium regulatiuum silogismorum negatiuorum. Et est vna regula ꝫm quam se habent omnes silogismi negatiui. Et intelligitur sic. Dici de nullo est quandocunqꝫ aliquod predicatum negatur de aliquo subiecto complete distributo. vel de parte eius tunc de quocunqꝫ tale subiectum natum est affirmari de eodem tale predicatum etiam natum est negari vt nullum animal est lapis ⁊ omnis homo est animal. ergo nullus homo est lapis. Correlarium. Dici de nullo non est aliud nisi hec propositio iam posita regulatiua silogismorum negatiuorum et per quam nata sunt probari omnia argumenta silogistica negatiua

Dici de nll'o ita exprimitur

Dici de omni et de nullo

⁊ habet iste textus declarationem sicut precedens. Ulterius est sciendum ꝙ silogismus dupliciter dicitur regulari vel ꝓbari per aliquod istoꝝ principiorum scilicet mediate ⁊ immediate. Silogismus dicitur regulari immediate ꝑ dici de omni vel de nullo ꝗ sic se habet sicut aliqđ illorum principiorum exprimit. Sed silogismꝰ dicitur mediate regulari per dici de omni vł de nullo qui non habet se sicut aliquod principiū immediate exprimit. sed est reducibilis ad alium silogismum qui immediate sic se habet sicut tale principium exprimit. vt sunt omnes silogismi existentes in modis imperfectis videlicet Baralipton celātes fapesmo dabitis frisesmorum. Similiter omnes silogismi in secunda ⁊ tertia figuris. Correlarium. omnes silogismi in Barbara ⁊ darij existentes regulantur immediate per dici de omni ⁊ solum tales ⁊ omnes silogismi existentes in celarent ⁊ ferion regulantur immediate per dici de nullo alij autem omnes quia sunt modi iperfecti priusꝗ̄ regulentur ꝑ dici de omni vł per dici de nullo debent reduci ad modos perfectos. Talis autem modus reducendi videbiť in fine huius tractatus.

Silogismus dupłr regulatur ꝑ aliqđ istoꝝ principiorum

Sed dubitatur an quilibet silogismus reguletur per dici de omni vel ꝑ dici de nullo. Pro isto dubio est videndum ꝙ multiplex est silogismus. videlicet expositorius ⁊ nō expositorius. cathe. ⁊ hypo. reducibilis ad expositorium ⁊ non reducibilis ad expositoriū. silogismus captus ꝓ premissis tantū. ⁊ silogismus captus pro premissis ⁊ ꝯclusione simł. trūcatus ⁊ nō truncatus. affirmatiuꝰ ⁊ negatiuus. ꝑfectus ⁊ imperfectꝰ.

Si ꝗlibet silogismus reguletur ⁊c.

Silogismus expositorius est silogismus cuius mediū est terminus singularis singulariter ⁊ vniuoce tentus sic se habens ꝙ a qualibet premissaꝝ ad vnam de omni valeat ꝯña. vt sortes est homo ⁊ sortes ē risibił. ergo risibile est homo. ⁊ ꝗre addantur singule ꝑticule videbitur infra.

Silogismus expositorius.

Sꝫ silogismus non expositorius diffinitur precise ꝑ oppositum vt sic ē silogismus cuius mediū non est terminus cōis cōiter et vniuoce tentus. ⁊c.

Silogismꝰ nō expositorius

Silogismus cathegoricus est silogismus cuius quelibet premissarum est propositio cathegorica vt sic capta vt oīs homo currit ⁊ sortes est homo. ergo sortes currit.

Silogismus kategoricus

Sed silogismus hypoteticus ē silogismus cuius adminus vna premissaꝝ est propositio hypotetica vt sic capta. et talis est triplex. Primo qñ arguitur a tota disiunctiua cum destructione vnius partis ad aliam ꝑtē nō destructā vt hō currit vł asinꝰ currit. ⁊ nullus hō currit. ergo asinus currit. Secundo qñ arguitur a tota conditionali cum positione antecedentis ad positionem ꝯsequentis. vt si hō currit ał currit ⁊ hō currit. ergo aial currit. Tercio qñ arguitur a tota conditionali cum destructione ꝯñtis ad destructionē añcedētis. vt si hō currit animal currit ⁊ nullum animal currit. ergo nullus homo currit. Et de illis ꝑtractabiť in prima parte ꝯñarum.

Silogismꝰ hypoteticꝰ

Silogismus reducibilis ad expositoriū est silogismus cuius medio additur relatiuum ideмptitatis vt hō est ał ⁊ sortes ē idē hō. ergo sortes est ał.

Silogismꝰ reducibił ad expositoriū.

Sed silogismꝰ nō reducibilis ad expositorium est silogismus cuꝰ medio nō additur relatiuū idemptitatꝭ ⁊ tales sūt silosmi sicut cōiter formātur.

Silogismus nō reducibilis ad expositoriū

Silogismus captus pro ꝑmissis tm̄ est ꝓpositio copulatiua affirmatiua cōposita ex

Silogismus captꝰ ꝓ ꝑmissis tantum

ꝺuabus p̄missis actualr̄ ⁊ silogistice ꝯclusionē inferentibus vt oīs hō ē
al' ⁊ sortes est hō. illa copulatiua in re est silogismus captus ꝓ p̄missis
tantū inq̄tū infert actu illā sortes est al'. Et talis ꝓprie ⁊ vere nō est silo

Silogismꝰ captus ꝓ p̄missis ⁊ conclusione

gismus sicut patebit in diffinitione silogismi. Sꝫ silogismꝰ captꝰ ꝓ p̄/
missis ⁊ cōclusione sil' est ipe p̄misse vna cū cōclusiōe. Et de isto pet. his.
ponit diffinitionē. Silogismus trūcatꝰ ē ꝯn̄a cui deficit vna p̄missaꝝ

Silogismus truncatꝰ

q̄ si adesset totū eēt silogismꝰ vt oīs hō currit ergo sortes currit cui defi
cit mioꝛ illa vicꝫ sortes ē hō q̄ si addit' erit bonus silogismꝰ. vt oīs hō cur

Silogismꝰ nō trūcatꝰ

rit ⁊ sortes ē hō ergo sortes currit. Sꝫ silogismꝰ nō truncatꝰ ꝑ opposi

Silogismꝰ affirmatiuus.

tum diffiniat' sic vicꝫ ē ꝯn̄a cui nō deficit ⁊c̄. Silogismꝰ affirmatiuus
ē silogismꝰ cuiꝰ cōclusio ē ꝓpō affirmatiua. Sꝫ silogismꝰ negatiuus est

Silogismus negatiuꝰ

silogismꝰ cuiꝰ cōclusio ē ꝓpō negatiua: exēpla sunt facilia. Silogismꝰ

Silogismꝰ perfectus.

ꝑfectꝰ est silogismꝰ q̄ est in aliq̄ mō ꝑfecto vt in barbara celarent darij et

Silogismus imꝑfectꝰ

ferion. Silogismꝰ imꝑfectꝰ ē silogismꝰ q̄ nō ē in modo ꝑfecto vt sunt
omnes silogismi in alijs oībus modis existētes. Correlariū lꝫ ista ge
nera silogismoꝝ diuersas recipiant descriptōes tn̄ idē argumētum silogi
sticū est silogismꝰ nō expositoriꝰ cathegoricus ⁊ nō reducibilis ad expo/
sitorium ⁊ captus pro p̄missis ⁊ cōclusiōe sil' ⁊ perfectꝰ ⁊ affirmatiuus ⁊
non truncatꝰ. vt iste oīs hō est al' ⁊ oē rationabile ē hō. g̊ oē rōabile ē al'.

R. ꝙ nō oīs silogismꝰ regulatur

lꝫ alio respectu dicatur nō expositoriꝰ ⁊ alio cathegoricus ⁊c̄. Istis no
tatis dicendū est ad dubiū supra motū quod non quilibet silogismꝰ re/
gulatur per dici de omni vel per dici de nullo vt pꝫ de silogismo hypote
tico ⁊ expositorio ⁊ truncato. ⁊c̄. Sꝫ sic est intelligendū dubiū. Qꝫ qli/
bet silogismus cathegoricꝰ non expositoriꝰ. nec ad talē reducibilis captꝰ
ꝓ p̄missis ⁊ conclusiōe sil' ⁊ non truncatus siue affirmatiuus siue nega/
tiuus siue perfectus siue imperfectus regulatur mediate vel immediate
ꝑ dici de oī vl' ꝑ dici de nullo. Quare aūt singule addantur ꝑticule ex su
perioribus satis liquet quas practicanti cōmitto ⁊ tm̄ de isto textu.

**Silogismus ē oratio in qua quibusdā positis et cōces
sis necesse ē aliud euenire per ea que posita sūt ⁊ cōces
sa. vt omne animal ē substātia et omnis hō ē animal
ergo omnis hō est substantia**

Pro illa diffinitione est notādū. ꝙ pe. his. ponens p̄ntē diffinitionem

Hec diffinitio sūit' ab arestotele p̄mo prioꝝ.

concordat cū Aristotele in suo p̄mo libro p̄oꝝ. vbi pariter discribit silo/
gismū nisi ꝙ loco vltime ꝑticule vicꝫ per ea que posita sunt ⁊ cōcessa ipse
Ari. ponit illā particulam eo ꝙ hec st̄. vnde sic describit silogismuꝫ est
oratio in qua quibusdam positis aliud ab his que posita sunt ex necessi

Diffinitō de rigore nō valet

tate accidit eo ꝙ hec sunt. Secundo notanduꝫ. ꝙ diffinitio vt ponitur
de rigore verborum non est bona. Primo ideo. quia diffinituꝫ ponitur
j irrestricte pro quolibet silogismo cathegorico vl' hypotetico. etiam ꝓ silo
gismo capto pro premissis tantum. Et tn̄ pe. hi. solum voluit describere
silogismum cathegoricum captum ꝓ premissis ⁊ cōclusiōe simul Secū/
2 do ideo q̄a male ponitur pro genere diffiniti lꝫ oratio ex quo sequeretur

Diffinitio silogismi

ꝙ hoc esset silogismus. omnis homo currit ⁊ sortes est homo vel sortes
currit. Silr omnis homo est animal nō ⁊ sortes est homo. g̃ sortes est
animal. Similiter argumentū a tota copulatiua ad alterā eius partem
Tercio mō valet rōe ly concessis qa seqtur ꝙ h nō eēt silogismus. omīs 3
homo est asinus ⁊ capra est homo ergo capra est asinus. qa neqꝫ ꝑmisse
neqꝫ conclusio concedunt. Quarto nō valet ratione ly necesse: quia nun- 4
qꝫ consequens necessario seqtur ex antecedente. ex quo consequēs potest
penitus omitti. Quinto sequeret ꝙ hoc esset silogismus. omnis homo 5
est homo ⁊ omnis homo est homo. ergo omnis homo ē homo.

Dz Diffinitio silogismi sic intelligitur

igit diffinitio vna cū diffinito sic poni. Silogism⁹ cathegoricus captus ꝓ premissis ⁊ conclusiōe siml' est oratio. i. est ꝓpositio hypotetica ꝯnalis affirmatiua in qua quibusdam positis ⁊ concessis. i. in qua expresse vel implicite ponuntur due premisse cathegorice ⁊ affirmatiue cōiuncte. necesse ē aliō euenire. i. ex quibus in consequentia bona ⁊ formali sequitur conclusio non sinonima alicui premissarum nec ambabus simul per ea que posita sunt ⁊ cōcessa. i. gratia formalis dispositionis extremitatum cum medio in premissis rōe cui⁹ ꝑdicantur de seinuicem in conclusione. vt omnis homo est animal. ⁊ omne risibile est homo. ergo om̄e risibile est animal. In forma talis est diffinitio. Silogismus cathegoricus captus pro premissis ⁊ conclusione simul est ꝓpositio hypotetica ꝯnalis affirmatiua in qua expresse vel implicite ponuntur due premisse cathegorice copulatiue ⁊ affirmatiue coniuncte ex quibus in consequentia bona ⁊ formali sequitur conclusio non sinonima alicui premissaꝝ nec ambabus simul gratia formalis dispositionis extremitatum cū medio in premissis ratione cuius predicantur de seinuicem in ꝯclusiōe.

Presens diffinitio conuenit om̄i silogismo nisi truncato nō ꝯuenit.

Pro declaratione huius diffinitōis nota ꝙ p̄ns diffinitio cōuenit omni silogismo cathegorico capto pro premissis ⁊ conclusione simul siue expositorio siue non expositorio siue reducibili ad expositoriū siue nō reducibili ad expositoriū affirmatiuo ⁊ negatiuo perfecto ⁊ imperfecto. sꝫ truncato nō conuenit quia talis nō est verus silogismus. quia nō habet duas ꝑmissas. Dicitur ergo ꝑmo in diffinitiōe cathegoricus captus ꝓ premissis ⁊ conclusione simul ad excludendum silogismū hypoteticū ⁊ silogismū captū pro premissis tantum quia talibus nō conuenit presens diffinitio ⁊ ponitur hoc pro diffinito ꝓpinquo. Dicitur ꝓpositio hypotetica hoc ponitur pro genere diffiniti. ⁊ ꝑ hoc innuitur ꝙ nulla ꝓpositio cathegorica ē silogismus. Dr ꝯnalis ꝑ hoc innuitur ꝙ nulla propositio hypotetica copulatiua vl' disiūctiua vel cōditionalis cōuentiua est silogismus.

De tribus spēbus ꝓpositōis hypotetice datur silogismi

Corrolariū. de tribus speciebus ꝓpōnis hypotetice dant silogismi scilicet conditionali. causali ⁊ rationali. exemplum primi. vt si omnis homo currit ⁊ risibile est homo. risibile currit. capiēdo ly si pro copula ꝑncipali. Scdi. qa oē aial est substantia et omnis homo ē animal oīs hō est substantia. Tercij. omnis homo currit ⁊ sortes est homo: ergo sortes currit. Dicitur affirmatiua quia nulla hypotetica negatiua vt sic est silogismus vt omnis homo est animal nō ⁊ sortes est homo. ergo sortes est aial Posset tn̄ ista ꝑticula bn̄ omitti. exq̄ quicquid ꝑ eaꝫ excludit etiā

excludit̃ p illã pticulam ꝯsequẽtionalis. Dicit̃ in q̃ expresse vl' implicite
ponunt̃ due ꝛc. ad innuẽdũ ꝙ ly a in casu in q̃ significaret sinonime cum
aliquo silogismo. Et tũc ly a etiã ẽ silogismus ꝛ lꝫ expsse nõ habeat du-
as premissas sufficit tñ ꝙ implicite. Dr̃ ponunt̃ due p̃misse cathegorice
p h̃ excludit̃ silogismus hypoteticus q̃a qñ aliq̃ p̃missaꝝ est hypotetica
tũc totus silogism⁹ dr̃ hypoteticus. Dr̃ copulatiue ad inuicẽ coniũcte ad
inuẽdũ ꝙ h̃ nõ ẽ silogism⁹. oĩs hõ currit vl' aĩal est hõ. g̃ aĩal currit. Si-
milit̃. ꝯiũgendo p̃missas p aliã ꝯiunctionẽ disiunctiuã vl' expletiuã cau
salem vl' rõnalem. Dr̃ et affirmatiue qꝛ si tales p̃misse ꝯiungũtur nega-
tiue non erit silogismus. vt sortes currit nõ ꝛ sortes legit. ergo legẽs cur
rit. Dicit̃ ex quib us in ꝯña bona per h̃ innuitur ꝙ nulla mala ꝯña est si
logismus vt tal' vl' ꝯsil'is. oĩs hõ est aĩal. ꝛ oĩne risibile est h õ. g̃ oẽ risibi
bile est oẽ aĩal qꝛ nõ est bona ꝯña ex quo de facto añs est veꝝ ꝛ ꝯñs fal-
sum. Sil'r homo currit ꝛ sortes est homo g̃ sortes currit. in casu in quo
sortes eẽt ꝛ quiesceret antecedens esset veꝝ ꝛ cõsequens falsum. Dicitur
et formali. p hoc innuitur ꝙ nulla ꝯña materialis est silogism⁹. Unde

Oĩs silogism⁹ oꝫ esse ꝯña formalis

adhoc ꝙ aliquod argumentum sit silogismus nõ sufficit ꝙ sit bona ꝯña
sed requiritur vltra ꝙ sit formalis. ꝛ ergo pp̃ter illaꝫ particulã hoc non
est silogismus. oĩnis homo est asinus ꝛ sortes est hõ igitur sortes est om
nis asinus. ꝛ lꝫ sit bona ꝯñia. ex quo antecedens est impossibile tamen
non est formalis q̃a in sil'i non sequitur ponendo ly currens loco ly asin⁹
omnis homo est currẽs ꝛ sortes est homo. ergo sortes est omne currens
Similiter nullũ viuũ est mortuũ ꝛ omnis homo est viuus. ergo nullus
homo est mortuus. Et lꝫ sit bona ꝯña tñ non est formalis q̃a in sil'i non
non sequitur. nullũ albũ est mortuum. ꝛ omnis homo est albus. g̃ nul-
lus homo est mortuus. Et lꝫ sit bona ꝯña tñ nõ est formalis. ꝛ in casu
quo omnes homines qui fuerunt fuissent nigri ꝛ nullum album prius
fuisset ꝛ omnes homines iaꝫ existentes sint albi. antecedens est verum et
consequens falsum. Et breuiter nulla consequentia materialis vt sic ẽ si
logismus. Dicitur ꝯsequẽter ex quibus sequitur conclusio nõ sinonima
ad innuendum ꝙ hoc non est silogismus. omnis homo est aĩal ꝛ homo
est animal. ergo oĩnis homo ẽ al'. Sil'r arguendo a tota copulatiua ad
alteram eius partẽ. Sil'r oĩs homo est hõ ꝛ omnis hõ ẽ hõ. ergo oĩnis
homo ẽ hõ q̃ licet sint oẽs bone ꝯñe et formales tñ ꝯclusio est sinonima
alicui p̃missaꝝ. Dr̃ vel ambabus sil' ad excludendum argumentũ prius
dictum de terminis sinonimis. Similiter ad excludendum argumentũ
ab exponẽtibus ad expositã vbi ꝯclusio est sinonima ambab⁹ premissis
Dr̃ gratia formal' dispositõis extremitatũ cũ medio in p̃missis. Pro

Qñ in silogismo ẽ formalis connexio extremitatum cũ medio

illa particula est aduertendũ. ꝙ plures logici eam diuersimode exponũt
ꝛ intelligunt. Cõiter eni sic intelligit̃ ꝙ tũc ẽ formalis dispositio extremi-
tatũ cuꝫ medio in premissis. qñ obseruant̃ omnes regule ꝛ conditiones
de silogismis date quarum regularũ ꝛ conditionum plures sunt de qui
bus specialiter videbitur viꝫ ꝙ nõ arguat̃ a non distributo ad distribu
tũ et ꝙ mediũ ad minus in vna premissarum complete distribuatur. ꝛ
de alijs ita intelligendo particulam tunc ad hoc ꝙ aliquod sit silogism⁹

Diffinitio Sillogismi

non sufficit ꝙ sit bona consequentia et formalis. sed vltra requiritur ꝙ sint ibi omnes regule de connexione extremitatum cum medio ⁊ medij cum extremitatib⁹ date. Et ergo ꝓpter illam particulam tales oratiões vel consimiles nõ sunt sillogismi. Omnis homo est nõ hõ. ⁊ omne risibile est homo. igitur omne risibile ẽ omne nõ homo. Et licet sit bona cõsequentia ⁊ formalis. tñ ibi nõ est formalis dispositio extremitatũ cum medio. q2 ibi arguit̃ a non distributo ad distributũ. Similiter homo est animal. ⁊ aı̃al est hõ. igitur aı̃al ẽ aı̃al que licet sit bona consequẽtia ⁊ formalis. tñ ibi nõ est formalis dispositio. q2 deficit vna regula. vicȝ ꝙ medium in neutra p̃missaꝝ distribuit̃. ⁊ eodẽ modo excludunt̃ alia argumenta in quib⁹ deficiunt regule de sillogismis date. Sed q2 difficile est hoc iudicare qñ videlicet deficiat aliqua regulaꝝ cum nõ sint in certo aliquo nũero. ⁊ quilib et eas iuxta suũ ingeniũ ponit ⁊ fabricat. Jdo particula predicta secundo modo sic habet intelligi ⁊ vt videt̃ melius. Reprobat p̃dictũ modũ ⁊ dat aliũ modum meliorem

Tunc est formalis dispositio extremitatum cum medio in p̃missis qñ extremitates sic ꝯnectunt̃ cum medio ꝙ q̇buscunqȝ alijs duabus extremitatibus datis que sic annectunt̃ eodem mõ cum tali medio sicut fuerunt annexe in argumento p̃posito ꝙ tunc talis ꝯña etiam esset bona et formalis. Exemplũ vt hoc est bonus sillogismus. oı̃s hõ est risibilis et sortes est homo. ergo sortes est risibilis. ⁊ quecũqȝ alie extremitates dãtur ⁊ annectũtur eodem mõ sicut fuerunt ille due annexe tales etiam faciunt bonum argumentũ sillogisticum Correlariũ. Jsta expositio p̃dicte ꝑticule videtur esse de intentõne Pe. his. etiam Aristo. in primo libro prioꝝ. et p̃cedens expositio nõ est autentica. neqȝ Pe. his. nec Aristotel'. ponit regulas de sillogismis. neqȝ alius logicus saltem autenticus. sed q̇libet fingit eas ꝟm sui beneplacitũ Correlarium. Nullam ponẽdo regulã de silogismis nihilominus pñt excusari singula argumenta ꝑalogistica exponendo particulam diffinitõis sicut iam p̃missa est. Dicit̃ ergo illa ꝑticula ꝓpter hmõi vel cõsimilia argumẽta. oı̃s hõ est nõ hõ et risibile est homo. igit̃ risibile est omne non hõ qð licet sit bona ꝯña et formalis. tñ nõ q̇libet due extremitates pñt cõuerti cũ tali medio eodeȝ mõ sic ꝙ ꝯña adhuc maneret bona ⁊ formalis. quia ponẽdo loco extremitatũ alias duas extremitates vicȝ nõ lapis ⁊ aı̃al. tũc ꝯña nõ erit formalis. Sic ponendo illas duas flebile ⁊ risibile nõ erit formalis et bona. vt patet. q2 sic nõ valebit. omnis hõ est risibile. ⁊ flebile est hõ. igitur flebile est omne risibile. Sil'r hoc nõ est sillogismus. homo est currens ⁊ currens ẽ hõ. igit̃ currens est currẽs. ⁊ licȝ sit bona ꝯña ⁊ formalis tñ ibi nõ est formalis dispositio extremitatũ cum medio. q2 ñ quecũqȝ alie due extremitates pñt sic coniungi cum tali medio. vt recipiẽdo illas duas extremitates vicȝ album ⁊ nigrum ꝯña nihil valebit. vt sic fabricando hõ est album ⁊ nigrũ est homo. ergo album est nigrum. Seq̇tur ergo. qñcunqȝ apparet aliquod argumentũ esse sillogism⁹ ⁊ deficit aliqua regl'a de sillogismis ꝙ vel ꝯña nõ valet vel nõ est formalis ꝯña vel non est formalis dispositio extremitatum cum medio Correlarium Multa sunt argumenta que apparent sillogistica ⁊ tñ non sunt in qui

bus videlicet non obseruant regule. vt si aliq̄d impertinens additur vel ꝑ
tinens omittit. hoc est q̄d aliqui logici dicunt in talibus argumētis ꝑalo
gisticis causari fallacias et ꝑ eas excludunt ꝑalogismos. et illi dicunt ꝙ
hoc sit de intentione Aristo. in libris elencoꝝ. de quibꝫ fallacijs circa re
gulas videbis Correlarium. secunda expositio predicte regule trahi
tur ex vna ꝑticula prius posita de oppositiōe ꝓpositionum ꝙ tales ꝓpō
nes opponant grā forme acceptionis terminoꝝ. sic ꝙ nō sufficit ꝓpōnes
oppositas repugnare in veritate ⁊ falsitate materialiter. imo nō sufficit
eas repugnare formaliter. sed vltra req̄ritur ꝙ repugnēt grā forme acce
ptionis terminoꝝ. Et quid hoc sit dicere vide supra de cōtradictorijs ⁊
concordat p̄cise cū expositione secunde ꝑticule. Dicit in fine diffinitiōis
ratiōe cuius dispositionis vel cōnexiōis p̄dicātur de seinuicem in cōclusio
ne. ꝑ hoc innuit ꝙ sillogismus nō tenet rōne illius ꝙ añcedēs est impos
sibile materialiter vl' formaliter. sed sillogismus ꝓbat ꝓpōnem. illa ratō
ne ꝙ maior ⁊ minor extremitates ꝯnectuntur in premissis cū medio ali
qua dispositiōe ꝙ eedem extremitates p̄dicātur de seinuicem in ꝯclusio
ne. Ex quo patet ꝙ statim in sillogismo si ꝯcedūtur p̄misse oportꝫ etiā
cōcedi ꝯclusionem. Dicit notāter. si cōceduntur. qꝛ si nō conceduntur ne
q̄ oportet ꝯclusiōem cōcedi. vt fit quādo añs est impossibile vel falsum
Est ergo silogismus vna spēs argumētationis ꝓbatiua ꝓpōnum vera
rum. falsaꝝ. cōtingentium. necessariaꝝ. possibiliū ⁊ impossibiliū. affir
matiuaꝝ ⁊ negatiuaꝝ mediate vel immediate. hoc vult Aristo. in suis
prioꝝ libris. vbi ponit quattuor spēs argumētatiōis scꝫ silogismū indu
ctionē enthimema ⁊ exemplū. quoꝝ descriptiōes vide alibi. Arguitur

Arguit primo ꝯ diffinitionē sillogismi.

cōtra diffinitionem. Si diffinitio sic glosata estꝫ bona sequeretur ꝙ hoc
esset sillogismus. omne animal est substātia. ⁊ ois hō ē aial. ergo ois hō
est substantia vel deus est. seq̄la ꝓbatur. qꝛ est ꝓpō hypotetica ꝯseq̄ntio
nalis in qua ponuntur due p̄misse cathegorice ⁊c. ꝑ totam diffinitiōem.

Secundo.

Cōfirmatur secūdo. Si diffinitio esset bona sequeret ꝙ hoc eēt sillo
gismus. nullus hō est asinus ⁊ nullū risibile ē hō. ergo nullū risibile est
asinus. ꝓbat. qꝛ ē silogismus negatiuus. ꝓbatur qꝛ eius cōclusio est ne
gatiua. g̊ est silogismus negatiuus ꝑ diffinitiōem. Confirmat tertio.

Tertio.

Seq̄retur ꝙ hoc argumētū esset silogismus hō currit. ergo aial currit.
Probat. qꝛ est enthimema ergo ē silogismus trūcatus. tenet ꝯña ex diffi
nitiōe enthimematis. vltra ē silogismus trūcatus ergo ē silogismus. tenet
ꝯña a parte in modo ad totū. Confirmat quarto. Sequeret ꝙ hoc eēt

Quarto.

silogismus. hic est homo ⁊ hic ē asinus g̊ hō est asinus. ꝑ totam diffinitiō
nem. Et silr de illo. in hoc loco est hō ⁊ in hoc loco est asinus. ergo hō ē
asinus. Cōfirmat quinto de illo argumēto hō est aial ⁊ hō ē currēs

Quinto

g̊ currēs est aial. Cōfirmat sexto. De illo argumēto hō est aial ⁊ aial

Sexto

est hō. ergo hō ē hō ꝑ totā diffinitiōem silogismi Cōfirmat septimo

Septimo

De illo. nullus hō ē oē aial ⁊ sortes est hō. ergo sortes nō est aial ꝑ totā
diffinitionē. Cōfirmat octauo. de illo. ois hō est aial. ⁊ risibile ē ani

Octauo.

mal ergo risibile est hō. ꝓbatur qꝛ nulla ꝑticula diffinitiōis abest. Cō
firmatur nono. de illo. oēs hoies sunt centū. ⁊ petrus ⁊ paulus sūt ho

Nono

mines.ergo petrus ꝛ paulus sunt centum. Confirmatur decimo. De illo oēs homines sunt albi.ꝛ sortes ꝛ plato sunt hoīes ergo sortes ꝛ plato sunt albi. Cōfirmatur vndecimo.de illo.sortes si ē sortes ē hō. ꝛ sortes si est sortes est asin⁹.ergo hō est asinus.q2 est silogismus expositori⁹ Decimo. Undecimo

Cōfirmatur duodecimo.de illo.oīs hō ē risibil.ꝛ hō est tm̄ aial. ergo tm̄ aial ē risibile. Ad pmū argumentū rn̄detur q2 ñ est silogismus Et ad pbationē dicendū est ꝯcedendo q2 sit ꝓpō hipotetica cōsequētionalis in q̄ ponūtur ꝛc̄.Etiā ꝯcedēdo q2 sit bona ꝯña ꝛ formalis.Etiā q2 ibi sit formalis dispositio extremitatū cum medio ꝛc̄.Sed vltia particula abest videlicet rōne cuius pdicantur de seinuicem in ꝯclōne. mō extremitates nō pdicantur de seiuicē in cōclusiōe rōne talis dispositōis.Sz iam aliqd imptinēs addit.Uñ sola maior ꝛ minor extremitates in conclusiōe debēt de seinuicē pdicari.ita q2 aliunde nihil debet poni nisi forte aliquid ibi ponetur ꝓpter cōgruitatē vel aliā cām vt vtz oratio maneat ꝯgrua. Sic similr hoc nō ē silogism⁹.oīs hō est aial.ꝛ sortes est hō.ergo sortes est omne aial.vel de⁹ ē.tm̄ verū est q2 hoc etiā nō est ꝯña formal ꝛ neq3 extremitates predicantur de seinuicem in cōclusione ratione tal cōnexionis. Duodecimo. R.ad.j.argumētū falctum ꝯ diffinitionem silogismi. Regula.

Ad secūdum rn̄detur negando sequelam.ad pbationē negetur assumptū q2 sit silogismus negatiuus.ꝛ ad pbationē dicendū est q2 si aliquid debet eē silogism⁹ negatiu⁹ oportet pri⁹ q2 sit silogism⁹.ꝛ sic genus diffiniti sibi ñ ꝯuenit.licet in ipso argumēto cōclusio sit ꝓpō negatiua.tm̄ oportet q2 gen⁹ diffiniti etiā sibi ꝯueniat.mō non ē silogism⁹ quia nō est ꝯña formalis.Quia in simili non sequitur ponēdo loco ly risibile ly rudibile.ꝛ fabricando sic.nullus homo est asinus ꝛ nullū rudibile est hō.ergo nullum rudibile est asinus.añcedens ē verum ꝛ ꝯñs falsum.iuxta regulas aūt excludit.quia ex puris negatiuis nihil sequit R.ad secundum. Ad tertium.

Ad tertium est dicendū q2 ille termin⁹ enthimema capitur duplr Uno modo large p omni ꝯsequentia bona que nō est silogismus nec iductio nec exemplum.ꝛ sic cōceditur q2 argumentū oblatum sit enthimema.et negatur q2 sit silogismus.Alio modo capitur stricte p omi bono argumento nō silogistico nec inductione nec exemplo sic se habente q2 per additiōem vnius pmisse fiat silogismus.ꝛ sic iterū ꝯceditur q2 sit enthimema ꝛ consequēter q2 sit silogismus truncatus ꝛ negatur vltima ꝯña.q2 ergo sit silogismus quia arguitur cum dictione distrahente Et isto scdo mō cepit Aristo.ij.prior.quando dicit.Enthimema est silogismus trūcatus ex hypotesi ꝛ signis. Enthimema capitur dupliciter

Ad quartum rn̄detur distinguendo.vel ly hic capitur aduerbialiter vel pnominalit.capiēdo ergo pnomialit ꝛ demonstrando idem in maiore ꝛ miore ꝯceditur q2 sit silogismus ꝛ bona ꝯsequentia.Si aūt capitur aduerbialiter tunc non est silogismus.ex q̄ de facto antecedens est verum ꝛ ꝯsequens falsū.ꝛ iuxta regulas excluditur.quia nō totum intrat conclusionem.vt ly ens in premissis.vl si totū accipitur p medio tūc mediū in neutra pmissarū distribuitur ꝛ nō est terminus discretus.Eodē mō dicatur ad secūdum ibi oblatum. R. Ad quartum

Ad quintū dicendū est q2 nō est silogismus q2 nō est cōsequentia formalis. q2 in simili nō sequitur ponendo loco ly anial ly album.ꝛ loco ly currens Ad quintum

ly nigrum vt sic homo est albus ⁊ hō est niger. ergo album est nigrū q̄

R. ad sextum

nihil valet Ad sextum dicendum est ꝙ nō sit sillogismus. ⁊ licꝫ sit bo
na ꝯña ⁊ formalis. tñ non est formalis dispositio extremitatum cū me-
dio in premissis. quia non quecūqꝫ alie due extremitates possunt sic cō-
uerti cum eodem medio eodem modo tento ꝙ talis etiam maneret bo-
nus sillogismus vel consequentia bona ⁊ formalis. quia recipiendo il-
las duas extremitates risibile ⁊ rudibile ⁊ cōnectantur eodem mō cum
tali medio consequētia nihil valebit. vt sic fabricando risibile est animal
et animal est rudibile. ergo rudibile est risibile. qꝛ de facto antecedens ē
verum ⁊ consequens falsum. Sed iuxta regulas sic. quia mediū in neu

Nota

tra premissarū distribuitur. Et est ibi aduertendum ꝙ ad formalē di-
spositionem extremitatum cū medio in premissis non requirunt illa q̄t-
tuor videlicet eadem qualitas. eadem quantitas. identitas copularum
⁊ idem situs terminoꝝ. sicut ad formalitatem cōsequentie presertiꝫ non
requirit idem situs terminoꝝ sicut etiam supra patuit circa declaratōeꝫ

Ad septimum

eiusdem particule Ad septimū respondetur ꝙ non sit sillogismus. qꝛ
non est bona consequentia. quia de facto antecedens est verum ⁊ conse
quens falsum. ⁊ arguit a non distributo ad distributum ratione ly ani

Ad octauum

mal. Ad octauū respondet negādo ꝙ sit sillogismus. ⁊ licꝫ sit bona cō
sequentia tñ nō est formalis. qꝛ in simili nō sequit ponendo loco ly risi-
bile ly asinus. vt sic. oīs homo est animal et asinꝰ est animal. ergo asinꝰ
est homo. que est eiusdem forme cum argumento ⁊ tñ nihil valet ⁊ ne-
qꝫ medium iam distribuitur in aliqua premissaꝝ sicut in precedenti.

Ad nonum

Ad nonum dicendū est distinguendo. vł ly oēs capitur collectiue vł
distributiue. si capitur collectiue tunc negādo ꝙ sit sillogismus siue sup-
positio collectiua sit ponenda siue nō. quia non est bona consequentia.
Et de facto antecedens est verum ⁊ consequens falsum ad minus posi
ta veritate maioris. ⁊ iuxta regulas mediuꝫ vt sic nō distribuitur in ali-
qua premissarum. Si aūt ly omnes capitur distributiue. respondet cō
cedendo ꝙ sit sillogismus per totam diffinitioneꝫ. ⁊ tunc sicut conclusio

Ad decimum

est falsa sic etiam antecedens. Ad decimum dicatur eodem mō sicut
ad nonum vt si ly om̄es capitur distributiue tūc est bonus sillogismus
Si autem capitur collectiue tūc nō est sillogismus. ⁊ licet sit bona conse
quentia vt sic non tamen est formalis. quia ponendo loco ly albi ly q̄tu
oꝛ vel quinqꝫ vt sic. omnes homines sunt quinqꝫ. ⁊ petrus ⁊ paulꝰ sunt
homines. ergo petrus ⁊ paulus sunt quinqꝫ. ꝯña nihil valet Ad vn

Ad vndecimum

decimum dicendū est. ꝙ nō sit sillogismus. quia non est bona consequē
tia. ⁊ antecedens est verum ⁊ ꝯñs falsum de facto. et nō est sillogismus
expositorius. qꝛ medium non est terminus singularis sed cōmunis. q̇a
supponit pro qualibet re mundi ex regula. Cōditionatum ex terminis
sinonimis adequate ꝓ eodem supponētibꝫ supponit ꝓ qualibet re mū-

Ad duodecimum

di ⁊ mediū in neutra earum distribuit Ad duodecim r̄ndetur negā
do ꝙ diffinitio sibi cōueniat. quia nō est consequentia formalis. quia in
simili nō seq̇tur oīs hō est albus ⁊ homo est tm̄ aial. ergo tm̄ animal est
albū. q̄ est eiusdem forme cū ipso. ⁊ tñ nihil valet vt patet inspicienti

Sed iuxta regulas excludit. quia est vna regula q tota significatio con
sequētis dependeat ex significato antecedentis. hoc est tantum dicere q
nullum signū in q̄nte positum aliqua denotatione denotet que denota
tio neq formaliter neq virtualiter e t expressa in añcedente. mō iā ly tm̄
in q̄sequēte aliter denotat q̄ in antecedente. q2 in antecedente facit vnaz
de excluso extremo sed in q̄nte facit vnā exclusiuam. τ ad veritatē vnius Ex dictis inferuntur
plus requiritur q̄ ad veritatem alterius. Correlariū. Hoc nō ē sillo aliqua correlaria.
gismus. ois homo cōuertibiliter est risibilis τ sortes est hō. ergo sortes Primum.
q̄uertibiliter est risibilis. q2 non est bona q̄ña. τ de facto antecedēs est
verum τ q̄ñs falsum. τ iam iterū ly cōuertibiliter aliqua denotatiōe de-
notat que in antecedente nō est expssa. q2 in añcedēte denotat q ly hō τ
ly risibile sint termini conuertibiles τ ita est. Sed in q̄ñte denotat q ly
sortes τ risibile sint termini q̄uertibiles quod est falsum. Correlariū
Descensus non est sillogismus quia in eo nō ponunt due pmisse cathe- Secundum
gorice τc. vt qñ descendit sub termino q̄ non indiget constantia vel anti
quo medio. Sed qñ hoc fit tunc nō est formalis dispositio extremitatū
cum medio. Sed qñ hoc fit tūc non est formalis dispositio extremitatū
cum medio. Correlariū. Neq ascensus est silogismus ex eadem cā. Tertium
Correlariū. Inductio nō est sillogism9. q2 aliqñ non est q̄ña forma-
lis. vt qñ fit p singularia determinata vel etiam circūlocuta. Si aūt fit Quartum
per singularia vaga tunc ibi nō est formalis dispositio τc. Correlari Quintum.
um Enthimema nō est sillogismus siue capiat large siue stricte. quia i
eo nō ponunt due premisse. τc. Correlarium. Exemplū nō est sillo- Sextum
gismus vt tale argumentū vel q̄simile. τ viennēses bene abūdant pter
almum gimnasium. ergo cracouienses bene abūdant pter almū gim-
nasiū. q2 nō est bona q̄ña. Correlariū. Argumentū a diuisis ad con Septimum.
iuncta vel ecōuerso vt hmōi. ille hō est aial. τ ille hō est albū. ergo ille hō
est album animal nō est sillogismus. q2 nō est q̄ña formalis. q2 in simi-
li nō sequit ille hō est monachus τ ille homo est albū. ergo ille hō est al
bus monachus. Et hoc fm cōiter loquentes vicz q hmōi argumētuz
nō sit formale. Si aūt tenetur oppositum tūc in tali vel consimili nō est
formalis dispositio extremitatum. τc. Correlariū Argumentum ab Octauum
exponente ad expositam nō est sillogismus. quia conclusio est sinonuma
ambabus pmissis. Correlarium. Pñs nostra diffinitio intellecta vt Nonum.
supra q̄uenit cuilibet sillogismo cathegorico capto p pmissis τ cōclusio
ne simul. siue sit in modo τ figura siue nō. Alie aūt regule τ cautele vide
bunt circa regulas τ modos. τ tantum de diffinitione

Omnis autem sillogismus constat ex tribus termi nis et duabus propositionibus quarū vna vocatur maior et alia minor. ex tribus aūt terminis non pos sunt fieri due propositiōes nisi alter eorum sumatur bis.

Pro littera est notandū q ipsa nō est diffinitio sed est q̄dam habitu

do ꝛ noticia. q2 sicut supra est dictū quid sit sillogismus. nūc pn̄s textus notificat ex quib9 cōstituatur sillogismus. Et vt ponit pn̄s textus vniuersaliter nō est verus. q2 patit instantiā in silogismo hypotetico. etiā in silogismo capto p primis ꝛ ꝯclusione simul Debet ḡ textus sic intelligi. Ois sillogismus cathegoric9 captus p p̄missis tm̄ cōstituitur ex trib9 termis habentib9 tria distincta officia. q2 vnus habet officiū medij. alter maioris extremitatis. alter minoris extremitat3. ꝛ ex duab9 propositōib9. sc3 maiore ꝛ minore. Dicit cathegoricus. q2 silogism9 hypoteticus ꝯstat ex plurib9 terminis ꝛ ex plurib9 propositōib9 q̄3 trib9 vel duabus. Dr̄ captus p p̄missis tm̄ ad excludendū silogismū captū p p̄missis ꝛ ꝯclusione simul. Dicit ex trib9 terminis habētib9 tria ꝛc̄. Per hoc innuit q̄ quilibet silogismus debet habere medium ꝛ maiorē ꝛ minorē extremitatē. Corrolariū. hoc est silogismus. ois hō est hō. ꝛ null9 hō est homo. ḡ homo nō est hō. absoluēdo saltē ly null9 a genere. ꝛ licet nō constituat ex tribus termis q2 ꝯstituit solū ex vno termino. sc3 hō. tamē adhuc ꝯstat ex tribus terminis hn̄tibus exercere tria distincta officia.

Correlariū. Jlle silogism9 Ois disciplina est bona ꝛ nulla disciplina est bona. ḡ bonū nō est bonū. etiā ꝯstat ex tribus terminis ad sensu3 suppositum q2 illi termini disciplina ꝛ bona replicant ꝛ hn̄t tria officia distincta. Ulterius notandū q̄ ille termin9 sillogismus pōt capi vtr̄ equocet in textu pn̄ti ꝛ in p̄cedenti imediate vic3 capiēdo p silogismo capto p p̄missis ꝛ ꝯclusione simul. Et tūc lr̄a posset sic intelligi. Ois sillogismus cathegoricus ꝯstituit ex trib9 terminis ꝛc̄. ꝛ duabus ꝓpōnibus tanq̄3 ex p̄missis. i. q̄ premisse solum sint due que inferūt ꝯclusionem. ex hoc patet q̄ Pe. his. distinguit sillogismū in Barbara ꝯtra silogismu3 in baralipton. ꝛ tm̄ quo ad p̄missas nō distinguunt. Correlariū. Licet q̄libet silogism9 cathegoricus ꝯstet ex trib9 ꝓpōnib9 ꝛ quelibet ꝓpositio ex duobus terminis ad minus. ꝛ sic fierēt sex termini. tm̄ quilibet silogismus cathegoricus solū ꝯstat ex duab9 ꝓpōnibus tanq̄3 ex p̄missis ꝛ tribus termis dūtaxat hn̄tibus exercere tria distincta officia. Correlariū. Quibuscūq3 trib9 termis datis saltem cathegrematicis ꝛ extremū totale ꝓpōnis cathegorice esse potētibus pōt fabricari silogism9 adiunctis signis sincathegorematicis iuxta intētionē diffinitiōis ꝓposite. Exemplū. vt ex illis trib9 termis studiosus. ꝟtuosus ꝛ studēs hic fabricat silogismus. Ois studiosus ē virtuosus. ꝛ q̄libet studens est studiosus. ḡ quilibet studens est virtuosus. ꝛ tenet ꝯn̄a in Barbara

Medium est terminus bis sumptus ante cōclusionē

Pro littera est notandū q̄ Pe. His. in supiori textu dicens ex tribus aūt terminis non pn̄t fieri due ꝓpōnes nisi alter illoꝝ sumat bis voluit declarare officia illoꝝ triū terminoꝝ vic3 medij maioris ꝛ minoris extremitatis. vn̄ officium medij est bis poni ante conclusionē. ꝛ describit f̄m ordinē illos tres termīos ex q̄bus silogism9 ꝯstituit dicēs. Mediu3 est terminus bis sumpt9 an̄ ꝯclusionē. Scd̄o notādū. q̄ ille text9 vt ponitur nō est diffinitio. q2 f̄m eū sequeret q̄ signa v̄lia ꝛ etiā act9 cōplexiu9 ꝛ alia sincathegoremata essent mediū. q2 sunt termini qui bis sumun

Textus sic intelligit.

Qn̄ sillogismus capit vt supra in diffinitiōe text9 sic intelligitur.

Declarat officiū triu3 terminoꝝ

añ ꝯclusionē. Debet ꝫ textus sic intelligi Mediū est termin⁹.i.est ca thegorema cōplexū vel incōplexū sūpt⁹.i.sumptū bis scꝫ ꝭm se vel suū sinonimū in mō significādi principali añ ꝯclusionē.i.in ꝓmissis ⁊ nō in comclusione. In forma Medium est cathegorema complexū vel incōplexū sumptū bis ꝭm se vel ꝭm suū sinonimū in mō ꝭcandi principali in ꝓmissis ⁊ nō in cōclusiōe. Dr̄ cathegorema ꝑ hoc innuit̄ ꝙ nullum sincathegorema vt sic ē mediū.lꝫ bñ possit eē ꝑs medij vt si esset ꝑs alic⁹ extremi vt dicēdo sic.q̇libet asin⁹ cuiuslibet hois currit.⁊ brunell⁹ ē asinus cuiuslibet hois.ꝫ brunellus currit.hoc totū est mediū asin⁹ cuiuslibet hois. Dr̄ ꝯplexū.ꝑ hoc innuit̄ ꝙ mediū nō solū est terminus simplex sed ⁊ qñq₃ ꝯplexū vt supra. Dr̄ sumptū bis.ꝑ hoc differt mediū a maiore ⁊ miore extremitatib⁹. Dr̄ vel ꝭm suū sinonimū ad inuenduꝫ ꝙ ly hois in illo silogismo cuiuslibet hois asin⁹ q̇escit.⁊ sortes ē hō.ꝫ sortꝫ asin⁹ q̇escit.etiā est mediū.⁊ licꝫ nō ponat̄ bis añ ꝯclusionē ꝭm se.tñ ꝭm suū sinonimū in mō ꝭcandi principali. Dr̄ in ꝓmissis ⁊ nō in ꝯclusione ꝑ hoc innuit̄ ꝙ in tali vel cōsili argumēto.ois hō est rōnalis ⁊ oē rōnale est hō.ꝫ oē rōnale est rōnale.ly rōnale nō ē mediū.⁊ lꝫ ponat̄ bis añ ꝯclusionē tñ ponit̄ etiā in cōclusiōe.vñ vt postea videbitur nunq̄ mediū dꝫ poni in ꝯclusione ea rōne q̄ ē mediū. Correlariū. Hoc signum termin⁹ in textu debet capi strictissime vicꝫ ꝓ cathegoremate qđ ꝭm se vel suū sinonimū in mō ꝭcādi pricipali natū ē eē extremū totale ꝓpōnis cathegorice. Correlariū Mediū nō sꝑ ē extremū ꝓpōnis cathegorice Sꝫ qñq₃ solū ꝑs imo mi⁹ principalis vt in suꝑiori argumēto. qñq₃ aūt principal' ꝑs vt patꝫ. Correlariū. Verbū etiā natū ē esse mediū. vt in tali vel ꝯsimili argumento.nullus homo currit ⁊ oē rudibile currit.ergo nullum rudibile est homo.

Diffinitio medij sic intelligitur

Maior extremitas est terminus sumptus in maiori propositione cum medio

Pro lr̄a ē notandū ꝙ textus p̄ns vt ponit̄ nō est diffinitio. ⁊ ipsi⁹ iprobatio h̄ri p̄t ex suꝑioris text⁹ iprobatōe. Sed sic hꝫ intelligi Maior extremitas ē termin⁹ ⁊c̄.i.ē cathegorema totale cōplexū vel incōplexū ex oib⁹ t̄mis tā cathegorematicꝫ q̄₃ sincathegorematicꝫ i maiore ꝓpōne positis q̇ sunt ꝑtes extremi vl' extremoꝝ p̄ter mediū. Dr̄ vl' ꝯplexū q₂ maior extremitas ñ sꝑ ē incōplexū.sed qñq₃ ꝯplexū. vt in tl'i vel ꝯsil'i sillogismo.ois hō videt oēꝫ asinū molitoris ⁊ sortes ē hō ꝫ sortes videt oēꝫ asinū molitoris.h̄ totū videt oēm asinū molitoris ē maior extremitas. Dr̄ tā cathegorematicis q̄₃ sincathegorematicis.ad innuendū ꝙ ly oēꝫ in p̄dicto argumēto etiā est ꝑs maioris extremitatꝫ. Et addit̄ notāter.q̇ sunt ꝑtes extremi vt est ly omnem.⁊ ad excludendū signuꝫ vl'e ab initio maioris positū qđ nō est ꝑs maioris extremitatis.q₂ nō est ꝑs extremi Dr̄ vel extremoꝝ.q₂ nō semꝑ maior extremitas est ꝑs vni⁹ extremi sed qñq₃ extremoꝝ vt subiecti ⁊ p̄dicati.vt in tali vel ꝯsil'i argumēto sillogistico.ois hō vel asinus ē rudibilis ⁊ sortes ē hō.ꝫ sortes vel asin⁹ est rudibilis.distribuendo soluꝫ ꝑtē in maiore.hoc totū est maior extremitas

Diffinitio vel text⁹ sic intelligit̄.

asinus et rudibilis et nõ sunt ptes extremi sed extremo℞. Dicitur preter mediũ. p hoc differt maior extremitas a medio. q̃a mediũ aliud officiũ hꝫ. Correlariũ. Stat q̃ vna tota ꝓpõ est maior extremitas tenendo q̃ ps ꝓpõnis sit ꝓpõ. vt cuiuslibet hois asinus currit et sortes est hõ. ergo sortis asinus currit. hoc totũ est maior extremitas asinus currit

Minor extremitas est terminus sumptus in minori propositione cum medio.

Textus sic intelligit᷑.

Et intelligit᷑ sic. Minor extremitas ẽ cathegorema incõplexũ vl' cõplexũ ex oib⁹ termis tã cathegorematicis q̃ sincathegorematicꝫ in minore ꝓpõne positꝫ q̃ sunt ptes extremi vel extremo℞ pter mediũ. Et hꝫ diffinitio declarari sicut pcedens imediate. Correlariũ Oportet oẽm sillogismũ vt supra pmissum est in textu fabricari ex trib⁹ termis de q̃b⁹ iam descriptiones posite sunt vicꝫ ex maiore et minore extremitatibus et medio. sic q̃ quilibet sillogismus hꝫ medium maiorẽ extremitatẽ et minorẽ Correlariũ. Aliud est dicere maior extremitas et maior ꝓpõ. et aliud minor extremitas et minor ꝓpõ. qr maior extremitas solũ ẽ vna ps vl' subiecti vel pdicati vel vtriusq̃ ipsius maioris ꝓpõnis. et minor extremitas ẽ ps mioris ꝓpõnis. Que aũt ꝓpõ dicat᷑ maior ꝓpõ et q̃ minor. hoc patꝫ q̃n sillogism⁹ fabricat᷑ in aliquo mõ tũc cõiter pma ẽ maior. scḋa minor et tertia ɔcl'o. Dr cõiter. qr q̃nq̃ etiã mior est prima ꝓpõ. vt hoc ẽ bon⁹ sillogism⁹ in darij. sortes ẽ hõ et ois hõ est aĩal g̃ sortes ẽ aĩal. et tñ illa sortes ẽ hõ est mior. et scḋa vicꝫ ois hõ ẽ aĩal ẽ maior. et g̃ maior et mior extremitates nõ sp sũt ꝓpões. sed maior et mior ꝓpõ sp sunt ꝓpones

Differũt maior extremitas et maior ꝓpõ. et sil'r minor extremitas et minor ꝓpõ

Ad sillogismũ aũt requiritur modus et figura

Textus est vna ꝓprietas sillogismi

Pro illo textu est notandũ q̃ ipe nõ est diffinitio sed oñdit vnã ꝓprietatẽ ipsius sillogismi. qr sillogism⁹ sicut cõiter format᷑ sic se habet q̃ ipse est magis ꝓbatiuus in mõ et figura q̃ si non esset in mõ et figura licꝫ sit eq̃ bon⁹. Ponit᷑ ergo pñs text⁹ vt sciat᷑ q̃s sillogism⁹ sit in mõ et figura et quis nõ. et ly et in textu debet capi copulatiue. et nõ copulatim. qr alias text⁹ fieret incõgruus vt patet ex grãmatica. Et lꝫ ꝓpões de copulatis vel disiunctis extremis iuxta ꝓbabiliorem viã sint cathegorice. tñ ipe textus preter rigorem est ꝓpõ hypotetica. et valet tantũ modus exigit᷑ ad sillogismũ. et figura exigit᷑ ad sillogismũ. Est ergo ɔclusio. q̃ nõ ois sillogismus est in modo et figura. nec ad hoc q̃ aliquid sit sillogism⁹ hoc requirit᷑ tanq̃ necessariũ vel oportunuꝫ. Sed qr vt sciat᷑ q̃ sillogismi in mõ et figura existẽtes sunt magis vsitati q̃ alij. Dicendũ est. Quilibet sillogismus cathegoricus non expositorius nec ad talem reducibilis ex ꝓpositionibus simplicis qualitatis constitutus cõmuniter vsitat⁹ et cuius medium in vna pmissa℞ distribuit᷑ est in mõ et figura simpl'r vel reductiue. Et quare addantur singule particule ex supioribus tracta. Dicitur tamen cuius medium in vna premissa℞ distribuitur ꝓpter sillogismum in quo mediũ accipitur collectiue vel vbi mediũ nõ distribuitur.

Intellectus textus

Correlariũ. Sillogismus expositorius etiã est in figura. nec hoc ẽ ɔ̃dicta. imo põt fabricari sillogismus expositorius in q̃libet figura sed nõ

est in modo quia medium nō distribuitur. Correlariū. silogismꝰ qui
non est in modo et figura est ita bonꝰ silogismꝰ sicq̄ est in modo ⁊ figura
Correlariū. Silogismꝰ ē in mō ⁊ figura non ꝙ ly in dicat intransitio-
nē q̄a silogismus nō ē modus ⁊ figura s3 ly in valet tm̄ sic ex. Correla
rium. non oē argum̄tū qd̄ est in mō ⁊ figura est silogismus vt p3 i omni
bus argumentis pagolisticis. vt tale vel cōsile argumētū. om̄is homo
est aīal ⁊ sortes est homo. g̊ sortes est oē aľ. ē in pria figura ⁊ ī darij iuxta
ōnotatōes vocaliū qd̄ nō sufficit. Et tamē nō ē silogismꝰ q2 n̄ ē bōa ꝯn̄a

Figura est ordinatio trium terminoruz s3m subiectō nem et predicationem in premissis.

Pro illo textu est notandū. ꝙ figura in re nō ē aliud nisi tres termini
certo modo adinuicem ordinati ẜm subiectionē ⁊ predicationē i p̄missis Diffinitio figure sic in
Et iuxta h̄ diffinitio sic intelligiť. Figura est ordinatio triū terminoruz telligitur
.i. tres termini certo mō ordinati ad inuicē ẜm debitam subiectionē ⁊ p̄-
dicationē in premissis vt sunt mediū ⁊ maior extremitas ⁊ minor extre-
tas. Dī notanť in p̄missis q̄a si variatur subiectio vľ p̄dicatio in cōclusio
ne nō oportet ꝙ ꝓpter h̄ ponunť alie figure et modi: Alias em̄ celarent
⁊ celantes essent in diuersis figuris. pat3 g̊ ꝙ ordinatio in littera d3 capi
passiue, p termis ordinatis. Correlariū. dicēdo sic. oē aľ est substātia
⁊ omnis homo est aīal. ergo om̄is homo ē substātia ille silogismus nō
est figura sed bene isti tres termini animal substātia hō sic ad inuice3 or
dinati ꝙ vnus teneat officiū medij. ⁊ alius maioris extremitatis. ⁊ tertiꝰ
officium minoris extremitatis. Sed totus silogismus bene est in figu-
ra. i. ꝯstituitur ex figura hoc est ex tribus terminis certo modo ordina-
tis ẜm debitam subiectionē ⁊ predicationē. Post hoc dicit Pe. hisp.
in textu. hec aūt ordinatio potest fieri tripľr. Pro quo est notandum
ꝙ pria figura capitur duobus modis. vno modo large et tunc sic descri-
bitur. Pria figura est qn̄ mediū subijcitur in vna ⁊ predicať in alia ⁊ sic Prima figura lar ge
cepit pe. hiš. Et ita diffiniēdo tūc q̄rta figura cōprehēditur sub prima
sic ꝙ q̄rta figura nō est distincta a prima. ex isto modo solū tres sūt figu-
re specie distincte sc3 prima secunda ⁊ tercia. Alio modo capiť stricte Stricte
⁊ tūc describitur sic. Prima figura est qn̄ mediū subiciť in maiore ⁊ pre-
dicatur in minore. vt oīs hō est animal ⁊ oē risibile est hō. ergo oē risibi
le est aľ. ita capiendo tūc sūt quatuor figure ⁊ quarta vt sic est disticta a
prima. Sed secūda figura est qn̄ mediū predicatur in āmbabꝰ p̄missis vt
nullꝰ hō est aīal ⁊ oīs asinus est animal. ergo nullus asinus est hō. Sed Secunda figura
tercia figura est qn̄ mediū subijcitur in ambabus premissis vt oīs hō ē Tercia figura
substantia ⁊ oīs hō est risibľ. ergo risibile est substantia. Sed quarta fi-
tur mouet sup decimasexta regula Marsilij q̃ est talis. Quilibet termi
nus cõis sequẽs precise paria signa distributiua. ꝛc. supponit ꝯfuse tm̃

Seq̃ precise paria si-gna

vel determiate. Tertio nota ꝙ terminus d' sequi ꝑcise paria signa q̃
sequit signa quoꝝ maximꝰ numerus est par. ꝛ sic ly aĩal in ista. nullus
hõ nõ est omne aĩal. nec supponit ꝯfuse tm̃ nec determinate q' nõ sequi

Suppositio ꝯfusa tã-tum.

tur precise paria signa. Ulterius nota ꝙ suppositio confusa tm̃ est
suppositio termini stantis ꝑ suis significatis disiunctim. Unde ille ter-
minus ꝑ suis significatis dicit stare disiunctim sub quo vel sub alio cõ
similiter accepto habente actu plura supposita ꝛ singl'arisabili valet de
scensus disiũctus gratia forme sic ꝙ nõ copulatiuus nec disiunctiuꝰ nec
copulatus. Cuius diffinitõis declarationem vide ex supioribus.

R. ad questionẽ.

Responsio ad questionem. ꝙ questio vt ꝓponit est falsa. q' ẽ vna vni
uersalis affirmatiua cuius ꝑdicatum nõ ꝯuenit cuilibet supposito sub-
iecti. vt patet de terminis nõ supponẽtibꝫ. Sic etiam de ly animal ĩ ista
omnis homo est omne aĩal. q' sequitur bene precise paria signa distri-
butiua. ꝛ tñ nec supponit cõfuse tm̃ nec determiate. Est tñ falsa possi
bilis vt si cras solum illa ꝓpositio fieret. nullus homo est omne animal
cum questione. Cõceditur tamen ad istum sensum Quilibet termi-

Conclusio rñsalis

nus cõis supponẽs sequẽs ꝑcise paria signa distributiua lata in ipsum
quoꝝ q̃dlibet altero dempto haberet ipm distribuere in tali loco ma-
nens supponit ꝯfuse tm̃ vel determinate. Dicitur primo terminus cõ-
munis. Quia nullus terminus discretus supponit confuse tm̃ vel de-
terminate. Dicitur supponens propter ly chimera in ista. Nullus ho

supposicone

De descensu octaua qõ

mo est omnis chimera. Dicitur sequens precise paria. rc. propter ly ani-
mal in ista. nullus hõ non est om̃e animal Dr̃ lata in ipsũ ppter ly equũ
in illa. nullus hõ videt oẽm equũ. similiter ly hoie i ista. sortes nõ differt
ab hoie. silr ly asino in ista. sortes non est fortior asino. Pro illo est ad
uertendũ. q tũc signũ dr̃ ferre in terminũ qñ mutat speciem suppõnis
circa talẽ. vl qñ facit terminũ certa spẽ suppõnis supponere. z sic nega-
tio nunq̃ fertur in terminuz supponẽtez p speciale signũ suppositionis
z restrictionis qz tale signũ circa suũ terminũ p signũ precedẽs nõ impe
ditur sed solũ interueniẽs. Dicitur quoq qõlibet altero dẽpto. rc. ppter
ly aĩal in ista. oẽ corpus nõ est aĩal. qz lz sequat̃ p̃cise paria signa. tamẽ
non qõlibet hz ipsum distribuere in tali loco. Dr̃ supponit ɔfuse tantũ Tunc supponit ɔfu-
vel determinate. Pro illo est principalius sciendum. q terminus tunc se tantum
supponit ɔfuse tantum qñ sequitur p̃cise paria signa distributiua iuxta
intentionẽ conclusionis in propõne cuius primus terminus cathegore
maticus distribuit̃. vel de primo termino distributo qõ idẽ est vt null⁹
homo non ẽ aĩal. Nisi in eius contradictoria a p̃te alterius extremi cũ
termino stante distributiue. i. cũ vniuersalitate poneret̃ vnũ totale extre-
mũ. vel principalior pars stans confuse tantũ. qz si sic tũc suppõit detmi
nate. licet sequatur precise paria signa. rc. de primo termino distributo.
vt nullius hominis quelibet pars est in scholis. Similiter non tantum
animal est homo. Et est causa exceptionis. Quia nisi sic sequeret̃ q due
contradictorie fierent simul vere vt supposita veritate illius. hoĩs que-
libet pars est in scholis sua contradictoria etiam fieret vera. q̃a sequeret̃
ex vero sic arguendo. nullum ens in scholis est hoĩs quelibet pars. ergo
nullius hominis q̃libet pars est in scholis. tenet consequentia p ɔuersi-
onem. Et sciendum. q aliqui circa hoc ponunt vnam subexceptionez
talem nisi in eius contradictoria poneretur vna determĩatio stans deter
minate q̃ determinat terminũ a parte alterius extremi positũ stantẽ con
fuse tantum. vt nullum equum omnis homo videt. in qua ly homo ₰m
tales adhuc supponeret confuse tantum Sed hoc nõ videtur pbabi
le. quia contra illos sequeretur q si homo in predicta staret confuse tan-
tum q duo contradictoria essent simul vera. vt equum omnis homo vi
det z nullum equum omnis homo videt. z sit casus q vn⁹ equus a quo
libet homine videatur tunc affirmatiua est vera. negatiua etiã est vera qz
sequitur ex vero sic silogisando. nullum equum a homo videt. z ille equ⁹
est omnis equus. ergo nullum equum omnis homo videt. z maior est
vera. q̃a eius contradictoria est falsa equũ videns est omnis hõ. Et
circa illam materiã oportet considerare q ad hoc q alique propositiões
equiualeant non sufficit q termini eodem modo supponant in eis. sed
vltra requiritur q etiam eorum contradictorie si essent actu formate equiua Tunc supponit deter
leant. Sed tunc terminus supponit determinate quãdo talis termi- minate
nus seq̃tur precise paria. rc. iuxta intentionẽ conclusionis de primo ter-
mino cathegorematico non distributo. vt hõ non est omne aĩal. Nisi in
eius contradictoria cum termino stante distributiue a parte alterius ex
tremi poneretur terminus stans determinate qui esset totale extremuz

vel principalior pars. q̄a si sic adhuc talis supponeret confuse tantuȝ vt
a sorte non differt omnis asin⁹. Et causa exceptōis q2 si ly asinus in ꝑdi
cta supponeret determinate tūc duo ꝯdictoria eēnt siꝉ falsa vt illa ē falsa. a
sorte differt oīs asin⁹. negatiua etiā eēt falsa. q̄a valeret tātū. asin⁹ a sorte

Si signa affirmatiua impediunt se mutuo.

n̄ differt q̄ est falsa. Et nota. ꝙ hugo diē ꝙ signa distributiua affirma
tiua nō ipediant se mutuo. sȝ hoc de rigore ē falsū vt pȝ in tali vꝉ ꝯsili ꝓ
positōe. musca ē fortior oī aīali vbi ly fortior ⁊ ly oī ipediūt se mutuo. sed
dictū suū itelligiꝉ de signis vꝉibus distributiuis affirmatiuis. ⁊ rō ē. q2
talia nō exercēt sua officia circa eūdem terminū. Correlariū. materia

Cur moueꝉ questio

pn̄tꝫ questionis poniꝉ ad cognoscendū ⁊ intelligēdū ꝯditiones duas ꝓn
cipales supra de ꝯdictorijs in primo tractatu positas. Poniꝉ etiā ad
saluandū ꝟitates ⁊ falsitates ꝓpōnum. vñ illa ꝓpō. illo tꝑe nullum risi
bile est omnis homo de rigore est falsa. ⁊ in ea ly homo supponit deter
minate. ⁊ illa tunc ē eius ꝯdictoria. illo tꝑe a risibile est oīs homo. ita ꝙ
ly a sit signū suppositionis confuse tantū circa ly risibile. Et qñ diciꝉ

Obicit

Responsio

non est verius dare ꝯdictoriū. nisi toti ꝑponere negationē vꝉ a toto remo
uere negationē. Respondetur ꝙ hoc sit verum qñ negatio est preposita
toti orationi ita ꝙ talis negatio ponaꝉ ab initio propositionis. ⁊ etiam
quando primus terminus cathegorematicus est terminus communis.
Correlarium. ly risibile in ista supponit confuse tantum nō aliq̄ tem
pore omne risibile est homo. ⁊ illa est eius contradictoria. in tempore ho
mo est omne risibile. Correlarium. dicendo sic. nullus homo vꝉ oīe
anīal ē asinus. si ly nullus fertur in totū subiectū. ita ꝙ subiectuȝ accipiꝉ
vnica acceptione tunc ipsa ē falsa quia vna singulariū erit falsa. illa vicȝ
ille homo nō vꝉ oē animal est asinus singularisand o totuȝ pro asino. q2
tunc equiualet huic, ille asinus non est asinus.

Declarat titulum

Utrū tantum tres sunt species suppositionis cōmu-
nis. Notandum ꝙ qō est ꝓpō cathegorica indefinita affirmatiua. Et si
ly tres capitur impure adiectiue tunc ipsum se solo est subiectū. Si au
tem capitur pure adiectiue tunc includit substantiuū positū a parte pre
dicati. ⁊ sic hoc totum est subiectū. tres species suppositionis cōmunis.
Sunt est copula. Species suppōnis cōmunis est predicatum. Pȝ ergo
ꝙ etiā aliqñ adiectiuū positū a parte subiecti includit substantiuū positū
a parte predicati. Sed hoc fit cōiter solū in adiectiuis q̄ sūt noīa nūera

Regula

lia cardinalia. Vñ est rꝉa. qñ nomē adiectiuū ē nūerale cardinale ⁊ po
nitur a parte subiecti in propositione exclusiua que expōitur gratia plu
ralitatis tūc includit substantiuū positum a ꝑte predicati. Probatur
hec regula. quia nisi hoc fieret sequeretur ꝙ propositio cōiter negata de
beret concedi vt illa. tantum duo sunt hoīes que est falsa sicut res actu se
habent. Et tamen si ꝭm aduersarium ly hoīes eēt subiectū. ⁊ ly duo ho
mines predicatum ipsa eēt ꝟa quia sic ly tm̄ de rigore faceret exponibileȝ
gratia alietatꝫ. ⁊ sic ei⁹ exponētes eēnt vere. vñ sic exponiꝉ hoīes sunt duo
hoīes. ⁊ nulle res q̄ nō sūt hoīes sūt duo hoīes. Si aūt faceret exponibi
lē grā ꝓlitatꝫ tūc etiaȝ eēt ꝟa q̄a seq̄tur ex vero in bona ꝯña. quia sequiꝉ

bñ.oēs duo hoīes sunt hoīes.ergo tantum homines sūt duo hoīes. tenet ꝯña a collectiua ad eius exclusiuā exponibilē gr̄a plr̄itatꝫ. Alias ꝓprietates qōnis iudica sic de alia ꝓpōne exclusiua. Est aūt qō ꝓpō pregnans. Rn̄sio ad qōnē capiendo ly tantū vt facit exponibilē gr̄a plr̄itatis.sic de rigore fit qa iā addit termino nūerali. Et capiēdo ly plures in eius exponente ꝓprie tūc qō vt ꝓponit ē fa.qa ei⁹ exponētes sūt vere qꝛ sic exponit.tres sunt spēs suppōnis cōis.ꝛ nō plures ꝗ̄ tres spēs suppositōis cōis sūt spēs suppōnis cōis qꝛ aliquetres spēs sunt īfinite species quia sunt diuisibiles in partes ꝓportionales.etiam ꝺm longum latū ꝛ profundum.modo infinitis nō sūt plura proprie Loquendo autem de speciebus mentalibus solū ꝛ solū esset qō mētalis.ꝛ ly tres caperetur pure adiectiue.ꝛ ly plures ꝓprie tunc questio est falsa.ꝛ hoc tenendo ꝙ conceptus nō sint intensibiles ꝛ remissibiles.qꝛ tūc plures ꝗ̄ tres sunt spēs.ꝛc.quia viginti vel decē. Si aūt ly plures capit improprie et ly tres valet tantū sicut tria entia tūc qō est falsa.quia tunc infinitis bene sunt plura ꝛ plures ꝗ̄ tres sunt species suppositionis cōmunis. Sed conceditur ad communem sensum ꝺm marsilium vicꝫ tm̄ tres sunt termini secundarum intentionū in eorum modis significandis ꝛc. Sꝫ ꝺm Albertum ꝛ thomā de eiuis negatur in toto. Sed ꝯceditur ad illū sensum.tantum quatuor sunt termini secundarum intentionū.ꝛc. quia tales ponunt quatuor species suppositionis cōis. Que aūt dicant plura alijs ꝓprie vel īproprie.vide in secunda parte consequentiarum articulo tercio circa illō sophisma.tm̄ vnum est. Secundus sensus ē capiendo ly tm̄ vt faciat vnam exponibilem gratia alietatis pret rigorē. Et si ly tres capitur pure adiectiue questio iterū ē falsa quia scōa exponēs ē falsa de duob⁹ conceptib⁹ mētalibus. Si aūt capitur substantiue ꝛ ꝯceptus sunt intensibiles ꝛ remissibiles qō est vera.vnde in tali sensu sic exponit.tres sunt species suppositionis communis.ꝛ nulle res que non sunt species suppositionis communis sunt species suppositionis cōis. Terti⁹ sensus est capiendo ly tantū vt faciat vnaꝫ de excluso extremo.ꝛ sic questio est vera.quia vt sic veritas eius attenditur penes eius preiacentem. Et sic propositio preiacens est que manet dempto signo exclusiuo. Correlarium.species suppōnis communis de quibus querit questio sunt ille suppositio distributiua.suppositio confusa tantum.ꝛ suppositio determinata. De questione presenti sunt de opiniones famose. Prima marsi.ꝛ eius sequacium qui dicit ꝙ tm̄ tres sunt species suppositionis communis ad sensum communē.vicꝫ tantuꝫ tres sūt termini scōaꝝ intentionū.ꝛc.ꝛ sūt ille tres. Suppositio cōis determinata cōfusa distributiua ꝛ confusa tantū. Et motiuū suum pmū est quia peccat ū est fieri ꝑ plura qō pōt fieri ꝑ pauciora. Scōm ꝙ entia nō sunt plurificanda sine necessitate. Motiuū terciū oīa pn̄t saluari nō ponendo suppositionē collectiuā.ergo Vn̄ nota.ꝙ ꝺm mar.ꝛ suos ista signa oēs quotlibet tantum.ꝛ alia adhuc sunt signa collectiua sed non faciunt suppositionem collectiuaꝫ ꝛ sunt cathegorematа.ꝛ si ꝓpositiones exponibiles sunt cathegorice tunc non sunt in predicamento quia sunt complexa ꝛ valent

R.ad qōnem

Scōs sensus

Tercius sensus

Pr̄a opinio de spēb⁹ suppositionis

tm̄ sicut maximus numerus. Si aūt exponibiles sunt hypotetice tunc p̄dicta signa sūt in p̄dicamēto q̄ntitat; ꝛ incōplexa ꝛ ponūtur sub ly nūerus vł sub ly mł̄titudo. Et iteꝝ b̄z marsilicos illa ꝓpō vł ꝯsilis oēs apł̄i dei sł̄ duodeci ē idefinita. ꝛ h̄ totū ē subiectū oēs apł̄i dei. ꝛ valet tm̄ sic maximus nūer⁹ apł̄oꝝ dei. Et sic non ponit̄ duplex vł̄is ꝓpō. s; tales ꝓpōnes hn̄t vł̄isari h̄ pacto oēs oēs apł̄i dei sūt duodeci oēs q̄tlibet ꝑtes sūt in ꝯtinuo. capiēdo p̄mū ly oēs distributiue Et iteꝝ b̄m eos spēs suppositionis cōis distinguūt̄ penes actus diuersos suppōnes diuersas facientes ꝛ penes descensum. Cōtra illos seq̄tur. ꝙ descensus nō ēet cōsequentia formalis vt p; de illo. currens ē asin⁹ et ista sūt oīa currētia. ḡ hoc currens ē asinus. vł hoc currens ē asinus. q2 antiquū mediu; valet tantū. ista sunt maxim⁹ nūerus currētiū. modo in simili nō sequitur ponendo loco ly maxim⁹ ly minimus. vt sic. ꝛ ista sunt minimus nūerus currētiū q2 sit casus ꝙ sint duo hoīes currentes. tūc an̄s scđe ꝯn̄e est possibile ꝛ ꝯn̄s ipossibile. Respōdēt marsilici. ꝙ in oī descensu disiuncto vel disiunctiuo ꝛ in ꝯn̄te debere addi. ꝛ sic de alijs ꝓpt̄ formalitatē descēsus q̄cq̄d etiā sit positū in an̄cedēte et tenēt formalitatē descensus magis cu; constantia q̄; cum antiquo medio tamē q̄cq̄d sit sp̄ oporteat addi ly ꝛ sic de singulis ꝓpter formalitatem descensus Est alia opinio cōis schole zvyennēsis mgr̄i alberti ꝛ Thome de cliuis ꝛ multoꝝ alioꝝ logicorum p̄sertim modernoꝝ q̄ dicunt ꝙ quatuor sint species suppositionis cōis vic; tres tacte ꝛ q̄rtā ponūt suppōnem collectiuam. Et est motiuū hoꝝ q̄a sicut dat̄ aliq̄s act⁹ rōe cuius terminus stat de termiate distributiue vel cōfuse tantū. ita etiā dat̄ aliquis actus rōne cuius terminus stat collectiue. Secundum notandum tot sunt species suppōnis cōis quot sūt species descensus. s; quatuor sunt species descensus. ergo quatuor sł̄ species suppositionis cōmunis minor nota est vic; disiunctiuus disiunctus copulatus ꝛ copulatiuus. maior autem probat̄. q̄a species suppositiōis cōis attenditur penes descēsu;. Et b̄m illos q̄ō ēt est falsa ad sensum cōem. q̄a q̄tuor sūt spēs suppōnis cōis. Concedit̄ tn̄ ad hūc sensū. tantum q̄tuor sūt termini scđaꝝ intentōnū ꝛc. ita ꝙ non plures nec pauciores Correlariū. ly species in ꝓposito n̄ capit̄ ita stricte sicͭ veteri arte. s; capitur pro termino iferiori ad alterū. Et sic hoc totū suppositio cōis determinata ē species respectu ly suppō cōis Consequēter. nota ꝙ notāter dr̄ in q̄ōne cōis q̄a b̄m platonem q̄ posuit ydeas cōes. Suppositio discreta h; tot spēs sicut cōis. Ut determinatā sicut subiectū illius. ens q̄ō ē fortes currit Distributiuā omne ens quod est fortes currit. Confusam tantum. tm̄ ens q̄ō ē fortes currit. Collectiuam omnia entia que sunt fortes currūt. Ultimo nota. ꝙ suppō collectiua sic describitur. est suppositio simplex termini stantis pro suo significato vel suis significat; copulati. Et ille terminus dr̄ stare ꝓ suis significatis copulati sub q̄ vel sub alio cōsilr̄ accepto habente actu plura supposita ꝛ singularisabili valet descensus copulatus gr̄a forme. Unde descensus copulat⁹ est descensus cuius ꝯn̄s ē vna ꝓpō de copulato extremo vt patebit statim infra. Et tantum de illa q̄ōne.

Arguit̄ ꝯ illā opinionem

Soluit

Scđa opinio đ spēb; suppōnis

Suppō collectiua

De descensu prima qō

Circa materiam descensuum. Queritur vtrum descēsus sit consequentia formalis. Notandum q̄ descensus est quedam proprietas logicalis veritatis et falsitatis propositionum probatiua. vnde bene arguitur. si descendentes alicuius propositionis sunt vere ipsam sequitur esse verā. et hoc in descensu sufficienti. Est ergo differentia inter descensā descēdentes et descēsū. Vn̄ descēsa est an̄cedens ipsi⁹ descensus. hoc ē ppositio in q̄ ponitur termin⁹ sub quo descenditur. Sz descēdētes sūt ꝯn̄s descensus. Sz descensus ē ipa propositio hypotetica ꝯn̄alis. Scd̄o notandū. q̄ descensus cōiter sic describitur. est ꝯn̄a formalis tenens p̄cise ex eo q̄ in ea arguitur expresse vl̄ implicite a ppositione in q̄ ponitur termin⁹ supior ad ppōnem in q̄ ponuntur eiusdē termini supposita in supponēdo tantū sibi non sinonima. Dr̄ prio ꝯn̄a p̄ hoc innuitur q̄ nulla ppō copulatiua vl̄ disiunctiua est descensus vt sic. Etiā innuitur q̄ descēsus nō solū est propō rōnalis sz ēt ꝯditōalis vl̄ cāulis vt hoc est bonus descensus. si ois homo currit. et isti sunt omnes homines. ille homo currit. et ille homo currit. et sic de singulis. Eodē fabricetur causalis. Etiā pz q̄ nulla mala ꝯn̄a est descensus. vnde hoc non est descensus. ois hō est animal. ergo ille homo est animal. et ille homo est animal. et sic de singulis demonstrando adam et aristotelem. quia defacto antecedens est verum et consequens falsum. Dicitur formalis p̄ hoc patet q̄ nulla consequentia materialis est descensus. vnde hoc non est descensus. omis homo currit et sortes est. et plato ē. ergo sortes currit et plato currit. et licet sic bona consequentia tamen non est formalis. quia in simili non sequitur ponendo loco ly sortes et plato ly fauellus et brunell⁹ et sit casus q̄ nullum brutum currat sed omnis homo currat. antecedēs est verum et consequens falsum. Dicitur tenens precise ex eo. in qua particula ly precise non debet capi pprie exclusiue. sed solum prout excludat pluralitatem vel diminutionem terminorum in consequente ad terminos in antecedente positos. et non debet determinare ly tenens. sed ly arguitur. Alias descensus copulatiuus non esset descensus quia non tenet precise ex eo q̄ etc. Sed aliquando etiam ex eo tenet q̄ a tota copulatiua arguitur ad alteram eius partem. Pro quo nota. q̄ tunc in descensu dicitur precise argui a termino superiori ad eius supposita quando arguitur a termino superiori ad supposita in supponendo tantum. sic q̄ nihil impertinens addatur. nec aliquod pertinens remoueatur. Hoc est quando nihil mutatur nisi quod loco termini superioris ponātur eius supposita in supponendo tantum sibi inuicem nō sinonima et sic illud argumentum non est descensus ois hō currit. et isti sunt oēs hoies. ergo ille homo currit. et ille homo currit. et sic de singulis. vel deus est. Nam illa propositio et deus est superflue additur et non est de ratione descensus. Dicitur in qua propositione. etc. ex quo patet q̄ ibi non est descen-

Descensus ē pprietas quedam

Diffinitio descensus

Tūc arguitur p̄cise a termino supiori in descensu. etc.

sus. sortes et plato est. ergo sortes ꝛ plato est. etiam per hoc innuitur differentia ipsius descensus ab inductione ꝛ ab ascensu. Dicitur ad supposita in suppponendo tantum. Pro quo est aduertendum ꝙ triplex ē suppositum termini videlicet in significando tantum. in supponendo tantum. ꝛ significando ꝛ supponendo simul. Suppositū in supponendo tantum est terminus cōis singularisatus supponēs ꝓ paucioribus ꝙ̄ non singularisatus. vt ly homo ibi. ille homo currit. Correlarium Jlle terminus deus in illa deus est non est suppositum in supponendo. quia non supponit pro paucioribus singularisatus ꝙ̄ non singularisatus. idem dicatur de illis terminis. sol mundus fenix. Suppositum in significando tantum est terminus singularis non supponēs respectu copule de presenti. vt adam Noe Aristoteles. Sed suppositum in supponendo ꝛ significando simul est terminus singularis supponēs respectu copule de presenti. vt illi termini. Johannens Petrus. Paulus ꝛc. Dicitur sibi non sinonima. Per hoc patet ꝙ hoc non est descensus. omnis homo currit. ꝛ isti sunt omnes homines. ergo ille homo currit ꝛ ille homo currit. ꝛ sic de singulis. idem demonstrando per ambo pronomina. Secundo nota. ꝙ triplex est descensus. s. rationalis. ꝛ isti cōiter formātur. Causalis vt ille cuius nota principalis ē nota causalitatis. Et conditionalis vt prius. Correlarium. Hoc non est descensus. homo est non animal. ergo ille homo non est animal. vel ille homo non est animal. ꝛ sic de alijs. Et licet nihil impertinens ponatur in cōsequente quia sicut negatio ponitur in antecedente. ita etiam ponitur in consequēte tamen negatio impertinenter additur in consequente. qa negatio etiā deberet postponi copule in consequente. Correlarium. Hoc non est descensus. omnis homo currit ꝛ sunt omnes homines. ergo homo sortes currit. ꝛ homo plato currit. ꝛ sic de singulis. qꝛ nō arguitur ad supposita in supponendo tantum. Et licet sit bona consequentia non tamē est formalis. quia in simili non sequitur inferendo ad primū antecedens sic. ergo homo a currit ꝛ homo b currit. et sic de singulis. ꝛ significet ly a platonem singulariter ꝛ connotet eius albedinem. ꝛ ly b singulariter sortem ꝛ connotet eius albedinem ꝛ sit casus ꝙ ambo sint nigri. antecedēs erit verum ꝛ consequens falsum. quia subiecta consequentium pro nullo supponunt. Correlarium. hoc non est descensus. omnis homo currit. et hō sortes est et homo plato est. ergo homo sortes currit ꝛ hō plato currit. quia non arguitur ad supposita in supponendo tantū. Correlarium. hoc est bonus descensus. omnis homo currit. ꝛ homo a est. et homo b est. ergo homo a currit. ꝛ homo b currit. Et significent ly a ꝛ ly b sicut prius. Et sic capiendo ly homo in consequente connotatiue. Et quando dicitur in casu antecedens est verum ꝛ cōsequens falsum. vt sit sortes albus ꝛ tunc non currat ꝛ quando nō ē albus tūc currat tūc in cōsequēte ponūtur duo termini accidētaliter connotatiui. ꝛ ergo appellāt pro eodem tempore verbi. Dicitur ꝙ regula intelligatur dummodo tales termini regūtur ab inuicem. Similiter ē ibi albus monachus currit vbi illi duo termini nō appellāt ꝓ eodem tempore verbi. Correla-

Suppositū In Supponendo tantum

Suppositū in significando tantum

Suppositū in Supponendo ꝛ significando simul

Triplex descensus

De descensu secūda qō

rium. hic nō est descēsus. omnis homo est animal. ⁊ ille homo est ⁊ ille
homo est. ergo ille homo est animal. ⁊ ille homo est animal. ⁊ ille hō est
animal: ⁊ sic de alijs. quia non est bona cōsequētia q̄a demōstrando ho
minem mortuum in tercia propōne cōsequētis antecedēs ē veruȝ ⁊ ꝯse//
quēs est falsum. ⁊ ergo nūq̄ꝫ debēt plures propositōes expresse poni in
cōsequēte q̄ꝫ in antecedēte. Correlarium. ascensus est species inductio Ascensus
nis. Unde ascensus est consequētia formalis in cuius antecedēte ponū//
tur supposita alicuius termini supponēdo tantū nō sinonima. Et in cō
equente ponitur terminus superior ad ea nō singularisitatus vt ille ho
mo currit. ⁊ ille homo currit. ⁊ sic de singulis. ergo omnis homo currit:
Inductio est cōsequētia bona in cuius antecedente ponunᵗ termini q̄ Inductio
sunt supposita in supponendo tantū vel in supponēdo ⁊ significando si//
mul. Et in cōsequēte ponitur terminus superior ad ea. Exempluȝ pri//
mi. ille asinus currit ⁊ ille asinus currit. ⁊ sic de alijs. ergo omnis asinus
currit. Secūdi. petrus currit ⁊ paulus currit. ⁊ sic de singulis. ergo om
nis homo currit. Correlariū. inductio fit per singularia vaga et de//
terminata. ascensus autem solū fit per vaga. Correlariū. omnis ascē
sus est inductio ⁊ nō ecōuerso Correlarium. Hoc nō ē descensus. om
nis homo bibit vinū ⁊ omnis homo est sortes ⁊ plato. ergo sortes bibit
vinū ⁊ plato bibit vinū sed est bona consequentia non tamen formalis:
quia in sīli nō sequitur. omnis homo bibit vinuȝ. ⁊ oīs homo ē a ⁊ b
ergo a bibit vinū. ⁊ b bibit vinū ⁊ significet ly a singulariter ⁊ absolute
sortē ⁊ b singulariter pedē vel materiā eius. ⁊ sit solus sortes añcedens ē
verum ⁊ ꝯsequēs falsum. ⁊ hoc capiēdo terminos cōnotatiue. ſꝫ capiē//
do eos absolute tunc ponatur ꝙ ly a significet hominem punctualē sin//
gulariter ⁊ absolute et ly b materiam eius absolute ⁊ singulariter. ⁊ po//
nendo loco ly bibit ly intelligit. antecedēs est verū ⁊ ꝯn̄s falsuȝ. Cor
relariū. hoc est bonus descensus. sortes differt ab homīe. ⁊ isti sūt oīes
hoīes ergo sortes differt ab illo homine ⁊ sortes differt ab illo homīe. ⁊
sic de singulis. imo ē sufficiens. etiā ecōuerso valet ascensus. Sed ille nō
est eiusdem forme secum. aliud a vero ē verū. ⁊ ista sunt oīa vera. ergo
aliud ab illo vero ē verum. ⁊ aliud ab illo vero ē verū. ⁊ sic de singulis q̄
non ē eadem quantitas. Et secundus nō est descensus sufficiēs. lꝫ sit bo
nus q̄a ecōuerso nō valet ascensus.

Utrū in cuiuslibet descensus antecedente oporteat

poni constantiam vel antiquum medium. Notandum. ꝙ constantia Constantia
in genere est ꝓpositio cathegorica affirmatiua de est secundo adiacente
ponēs rem esse vel fuisse vel fieri ſm exigentiam copule. vt sortes est sor//
tes fuit. sortes erit. sed ita non capitur in proposito. Sꝫ ꝯstātia sufficiēs
ad descensum. est ꝓpositio copulatiua affirmatiua constituta ex pluri// Cōstantia sufficiens:
bus ꝓpositionibus cathegoricis affirmatiuis in quibus semper vnum
extremorum est suppositum in supponendo tantū siue sit subiectū siue p̄
dicatum. vt sortes ē ille homo. plato est ille hō. ille hō ē. Correlariuȝ.
non oportet constantiam semper esse de est secundo adiacente. Sed ali//
quando etiam de est tercio adiacente vt supra imediate. Pro quo ad Sumere constantiaȝ

uerte. ꝙ sumere constantiam in proposito est constantiam cõiungere co//
pulatiue affirmatiue cum antecedente vel ꝓpositione sub cuiꝰ termio de
Antiquum medium scẽditur. Sed antiquum mediũ est propositio cathegorica affirmati
ua de est tertio adiacente cuius vnuȝ extremorum est terminus commu
nis sub quo vel sibi sinonimo descenditur sumptus cum signo collecti//
uo non curando an talis subijciatur vł predicetur. vt isti sunt omnes ho
Quadruplex ẽ descensus mines. omnes homines sunt isti. Consequenter notandum. ꝙ qua//
druplex est descensus. scȝ disiunctiuus disiunctus. copulatiuus copula//
tus. Unde descensus disiunctiuus fit sub termino stante determinate.
Sed disiunctus fit sub termino stante confuse tantum. Sed copulati//
uus fit sub termino stante distributiue. Copulatus autem sub termi//
1 no stante collectiue. Est autẽ descensus disiunctiuus descensus in cu//
ius consequente supposita in supponendo tantum alicuius termini cõ//
2 iunguntur disiunctiue. Disiunctus est descensus in cuius consequente
supposita in supponendo tantum alicuius termini cõiungunł disiuncti
Et non debȝ dici cuius consequens est vna de disiuncto extremo. alias
hoc non esset descensus disiunctus. ego bis bibi vinũ. ⁊ illa sunt omnia
vina. ergo ego bis bibi hoc vinũ vel hoc vinũ vel h̄ vinũ. ⁊ sic de singu//
lis. quia consequens nõ ẽ vna de disiuncto extremo. Unde ꝓpositio de
disiuncto extremo ẽ propositio cuius partes eqȝ principales alicuius ex
3 tremi coniungunł disiunctim Copulatiuus ẽ descensus cuius ꝯñs est
4 vna propositio copulatiua. Copulatus est descensus in cuius consequẽ
te supposita in supponendo tantum alicuius termini coniunguntur co
pulatim vt om̃es apostoli dei sunt duodecim. ⁊ isti sunt omnes apostoli
dei. ergo illi apostoli dei ⁊ illi apostoli dei. ⁊ sic de singulis sũt duodecĩ.
Duplex ẽ descensus Adhuc duplex est descensus. s. affirmatiuꝰ ⁊ negatiuus. Descensus
affirmatiuus est descensus cuius quelibet propositio cathegorica ꝯse//
quentis est affirmatiua Sed negatiuus est descensus cuius quelibet ca
thegorica in ꝯñte est negatiua. eodem mõ dicatur de descensu mixte q̄li//
R. ad q̃onem p̄mo tatis. Per hec respondeł ad questionẽ ꝙ in nullo descensu copulatiuo
negatiuo oportet poni constantiam vel antiquum medium. nisi fieret ꝓ
2 pter hoc ꝙ descensus fieret sufficiens. Secundo dicendũ. ꝙ in quolibet
descensu copulatiuo affirmatiuo ⁊ copulato affirmatiuo oportet poni//
constantiam vel antiquum mediũ. ⁊ tunc potest omitti ly ⁊ sic de alijs.
3 Tercio dicendum. descendendo sub termino stante determinate vel
confuse tantum non oportet poni ꝯstantiam vel antiquũ mediuȝ nisi de
scendał sub disiuncto ex terminis singularibus. Si aũt ponitur constã//
tia vel antiquum medium tunc talis non sufficit nisi ponatur etiã ly ⁊ sic
Negatio negans ⁊c̄. Duplex est negatio. scilicet negans ⁊ infinitans. Negatio negans
est negatio que fertur super copulam principalem orationis vel princi//
paliorem eius partem. vel super partem eqȝ principalem ipsam negan//
do. vel virtutem alterius imponendo. Vel est negatio que fertur super
copulam coniũctionalem. Exemplum primi. homo nõ est animal. Se
cundi. sortem possibile est non currere. Tercij homo est vel non ẽ asinꝰ
Quarti. homo currit non vel asinus currit. Correlarium. Extra ꝑ

de alijs. Correlariū Ibi non sumit̄ cōstantia vel antiquū mediū bñ
omnis hō currit. ⁊ istius sunt omnes hoīes. ğ ⁊c̄. q̄ʒ oporteret ꝓnomē
esse totale extremū vel principaliorem ꝑtē. Correlariū. Dicendo sic.
mei ⁊ regis interest studere nō oportet ꝙ sumat̄ ꝯstantia vel antiquuʒ
medium. ex quo subiectū supponit determiate. ⁊ sic descendit̄. ğ illoruʒ
mei ⁊ regis interest studere. vel illoꝝ mei ⁊ regis interest studere. ⁊ sic ꝺ̄
singulis. Vel sic. ergo illiꝰ mei ⁊ regis interest studere. vel illiꝰ mei ⁊ re-
gis interest studere. Correlariū. Ibi nō est descēsus hō currit igit̄ il
le hō currit vel ille homo currit. q̄ʒ si demōstrati in consequēte quiesce-
rent. antecedens esset verum ⁊ ꝯñs falsum. Sed debet addi ly ⁊ sic de
singulis.

Utrum in quolibet descēsu oporteat addi ly et sic de

singulis. Notandum ꝙ capiēdo ly et sic de singulis ꝑsonaliter nec est
Et sic de singul̄ q̄d sit
cōplexum nec incōplexum. sed est q̄ttuor partes oratiōis vicʒ cōiunctio
aduerbiū prepositio ⁊ nomē. ⁊ nō est propositio sed intellectus rōne sui
in descensu copulatiuo vel disiunctiuo format vnā ꝓpōnem. Sʒ in dis-
iuncto vel copulato tūc intellectus format vnā ꝑtem extremi. Notan
dum secundo. ꝙ duplex est descēsus scʒ sufficiēs ⁊ insufficiēs. Descēsus
Descēsus sufficiens
sufficiēs est descēsus in quo arguit̄ ad alicuius termini oīa supposita in
supponēdo tm̄ vel aliq̄ ⁊ ad aliquid loco suppositoꝝ nō enumeratoruʒ
positū. sic ꝙ cū eodem medio ecōtrario valeat ascēsus. vt omnis homo
currit ⁊ isti sunt omnes hoīes. ğ ille hō currit ⁊ ille hō currit. ⁊ sic de sin
gulis. Correlariū. Hoc nō est descensus sufficiens. nullus hō ē ani
mal. ğ ille hō non est aīal. ⁊ ille homo nō est aīal. quia ecōtrario nō va-
let ascensus. q̄ʒ nō sequit̄. ille hō nō est aīal. ⁊ ille hō nō est aīal. ğ nullus
homo est aīal. q̄ʒ si demōstrati in antecedente morerent̄. antecedēs esset
veꝝ ⁊ ꝯñs falsum. Patet ğ ꝙ tria requirūtur ad descensum sufficientē.
Primū ꝙ arguat̄ ad omnia supposita. Secundum ꝙ arguat̄ ad aliq̄ ⁊
ad aliquid vel ad aliquod positum loco alioꝝ. Tertio ꝙ ecōuerso vale-
at ascensus. Sed descensus insufficiens est descēsus vbi aliqua illa-
Descēsus insufficiēs.
rum triū cōditionum deficit. vt nullus sol vel luna lucet. ğ ille sol vl̄ lu
na n̄ lucet vel ille sol vel luna nō lucet. q̄ʒ ecōuerso nō valet ascensus

Responsio ad questionem vel ad dubiū in nullo descensu copulati-
R. ad q̄stionē Priō.
uo siue affirmatiuo siue negatiuo oportet poni ⁊ sic de singulis. Secū
Secundo.
do dicendū ꝙ in descensu copulato affirmatiuo sumendo antiquū me
dium in antecedēte ⁊ demōstrādo oīa in cōsequēte que fuerūt demon-
strata in antecedente debet omitti ⁊ sic de singulis Tertio dicendū
Tertio.
ꝙ in descensu disiūctiuo vel disiuncto affirmatiuo vl̄ negatiuo in cuius
antecedente ponit̄ antiquū medium. Et omnia demōstrata in antece-
dente demonstrant̄ in ꝯsequente nō oportet poni ly et sic de singulis.
Si aūt nō omnia ⁊c̄. tūc oportet poni ly ⁊ sic de alijs. nisi descēdat̄ sub
disiūcto ex t̄mis singl̄aribꝫ Si āt i añte pōit̄ ꝯstātia tūc opꝫet poni ly et
sic de singulis. Quarto dicendum. in quolibet descēsu sufficiēti opor-
Quarto.
tet poni ly. ⁊ sic de alijs. vel antiquum mediū solum disiunctuʒ ex termi
nis singularibus excipiendo. Et nota ꝙ ly et sic de alijs in constātia
Quantū valet ⁊ sic de singulis

quando descēdit sub termino distributo. vt ille homo est. ⁊ ille homo ē et sic de alijs. ly et sic de alijs valet tm̄. ois homo q̄ nec est ille hō nec ille homo ē. Sed sub termino stante determiate valet tantū homo qui nec est ille hō nec ille homo est solū nō distribuendo ly hō. Et iterū nota ꝙ ly et sic de singulis in ꝯsequēte descēsus copulatiui affirmatiui sic debet exprimi. ⁊ omnis hō qui nec est ille hō nec ille homo currit vel cucurrit sm̄ exigentiam copule. Et in negatiuo idem valet solū addendo negationē ad copulam. Sed in descensu copulato valet tantum. ⁊ oēs apl'i dei q̄ nō sunt isti apl'i dei nec isti apl'i dei sunt duodecim. In negatiuo addendo negatiōem. Sed in disiunctiuo affirmatiuo nō distribuatur terminus sub quo descenditur.

Vtrum sub quolibet termino valeat descensus

Sub termino stante determinate valet triplex descensus

Notandum sub termino stante determinate trib' modis valet descēsus copulatiuus. nec est incōueniens. Primo qn̄ idem negatur de seipso ⁊ accipitur adequate ad idem tēpus. vt hō nō est hō. Secūdo quādo talis ꝓpō est formaliter impossibilis. vt homo est nō homo. Tertio quando talis ꝓpō est formaliter necessaria vt homo est vel nō est asinus.

R. ad questionē. Primo.

Ad dubium respondetur ꝙ ipm̄ vt ponitur est falsum. Instantia em̄ est de termino nō supponēte ⁊ de termīo q̄ nō habet actu plura supposita. Unū ille termin' dr̄ habere actu plura supposita q̄ supponit pro plurib' suppositis essentialiter distinctis diuisim et vniuoce respectu copule de presenti ad quā accipitur. ⁊ sic ly chimera in illa. chimera imaginatur habet actu plura supposita. ⁊ sub eo valet descensus.

Secūdo.

Scd̄o dicendū. ꝙ etiam est instantia de verbis.

Tertio

Tertio dicendū ꝙ etiā est instātia de ly equū in illa. videns omnē equū est homo. Silr̄ de ly accidens in illa. tm̄ substantia est nō accidens.

Quarto

Cōclusiue dicitur. ꝙ sub q̄libet termino habēte actu plura supposita supponente ⁊ singularisabili ꝗtū est ratiōe ipsius valet descēsus. Dicitur ꝗtum est rōne ⁊c. ꝓpter p̄dictos duos termios ⁊ alios consimiliter positos sub quib' nō valet descēsus. sed hoc nō ē ratione ipsorum. sed ideo. q: ly equū est determinatio distributa vnica acceptione accepta cum suo determinabili. Sed ly accidens in predicta ponitur in ꝓpōne pregnante in quarum nulla oportet valere descensum

De descensib' prima regula.

Ultimo sunt nōnulle regule descensum p̄dicte imitantes. quarum prima est. Nullus terminus in ꝯsequente debet distribui ꝓ plurib' ꝗ in antecedēte. Sic etiā nullus terminus in ꝯn̄te debet accipi ꝓ aliquo ꝓ quo nō accipiebatur in antecedente. ergo hoc nō est descensus. sortes nō differt ab hoie ergo sortes nō differt ab illo homine. ⁊ sortes nō differt ab illo homie.

Secūda regula

Secunda regula. Qn̄ cū termino stāte distributiue ponitur terminus stans determinate vel ꝯfuse tm̄ tūc prius debet descendi sub termio stāte determinate. ⁊ postea in vna singulariū termini stantis determinate debet descendi sub termīo stante distributiue. Uel potest prius descendi sub termino stāte distributiue. sic tamē ꝙ in qualibet singulariū p̄ter ꝗ in prima. termino stante determiate addatur relatiuum identitatis. nisi terminus stans distributiue fuerit determinatio termini stantis determinate secum nō vnica acceptiōe accepta. tūc em̄ debet descendi sub ter-

mino stante distributiue. vt nullius hois quelibet ps est in scholis. vbi iam debet prius descendi sub ly hois. Et ista regula habet veritatē in descensu sufficienti.

Tertia regula

Tertia regula. Descendentes debent esse eiusdez qualitatis cū descēsa. ꝛ supposita in ꝯñte debent esse illius casus cuiꝰ fuit terminus sub q̄ descendebaꝛ etiam eiusdem numeri. sic etiam deꝛmīatio addita termino in descensa debet etiā sibi addi incōstantia ꝛ suppo// sitis in cōsequente. ꝛ ergo videaꝛ quō in talibꝫ debeat descendi. oīm aīi noꝝ regis interest currere. quibuslibet aīalibꝫ petri placet bibere.

Quarta

Quarta regula. In descensu nō debet argui a suppositōe ꝯfusa tm̄ ad determinatā respectu eiusdem multitudis. vñ non sequiꝛ. oī tpe risibile est ois hō. ꝛ ista sunt oīa tpa. ḡ illo tpe risibile est ois homo. et illo tpe risibile ē ois hō. ꝛ sic de singulis. qꝛ de facto añs est veꝝ ꝛ ꝯñs falsū

Quinta

Quinta regula Qñ in aliq̄ ꝓpōne ponunꝛ plures termini diuersi// mode accepti q̄ ad speciem tūc descēdendo sub aliq̄ illoꝝ prius debꝫ descēdi sub capite talis ꝓpōnis. i. primo termīo cathegorematico.

Sexta

Sexta regula. Non oportet valere descēsum sub determiatōe distributa vnica acceptione accepta cū suo determinabili distributo siue nō.

Septima

Septima regula. Quando descēdiꝛ sub termino stante cōfuse tm̄. tūc disiū// ctum in descendētibꝫ etiam debet stare cōfuse tm̄. vt nullus hō est om̄e animal. ꝛ ista sunt oīa aīalia. ḡ nullus hō est oē hoc aīal vel hoc aīal. et sic de alijs.

Octaua regula

Octaua regula. Descendendo sub aliq̄ termino nō debet variari aliq̄ ꝓprietas logicalis q̄ v̄itatem vel falsitatē ꝓpōnis immutare possit. vt ampliatio. restrictio. appellatio ꝛc. Correlariū. Hoc nō est descensus. oīs hō adeq̄te est risibilis. ꝛ isti sunt oēs hoīes. ḡ ille hō ade// quate est risibilis. ꝛ ille hō adeq̄te ē risibilis. ꝛ sic de singl'is. Sed debet omitti ly adeq̄te. qꝛ est regula ꝙ nunq̄ȝ in conseq̄nte debet poni aliqͦd signū rōne cuius aliq̄d in speciali ad v̄itatē ꝓpōnis req̄rereꝛ qͦd nō requi// riꝛ ad v̄itatē añcedētꝫ. nec ecōuerso. Et tantū de materia descensuum

De suppositione relatiuorum

Tꝛ relatiuū sup

ponat eodem mō sicut suuz añs. Notandū ꝙ q̄stio est ꝓpositō cathegorica indefinita affirmatiua. Subiectū eius est ly relatiuū. suppo// nēs eodem mō sicut suū añs est predicatuꝫ. et est est copula ꝛ habet oēs opponentes. Et est in materia ꝯtingenti. Et ꝯuertiꝛ sic. ergo supponens eodem modo sicut suum antecedens est relatiuum

Questio pōt esse ꝓpō hypotetica.

Secundo nota. ꝙ questio etiam potest esse hypoteti// ca ratione illius relatiui eodem. Etiam rōne illius quia potest cōsidera

ri vt oratio zeumatica. ꝛ sic valeret tantuꝫ relatiuū supponit aliq̄ mō et
simili mō supponit suū aña. Tertio nota ꝙ ly eodē modo in titulo q̄
stionis pōt capi dupliciter. Uno mō vt est adiectiuū ꝛ substātiuū. ꝛ sic
est diuerse dictōes. Alio mō aduerbialiter. ꝛ sic est vna dictio valēs tm̄

Cōueniētia relati lo/gical' ꝛ grāmaticalis.

sicut ꝯsil'r. Quarto nota ꝛ principaliter ꝙ duplex est relatiuū scꝫ logi
cale ꝛ grāmaticale. Et de relatiuo logicali nihil ad ꝓpositum nr̄m. Est
aūt ille terminus relatiuū vniuocus ad relatiuū logicale ꝛ grāmaticale
ꝛ dat' cōuenientia. licet solum accidētalis ꝛ cōplexa vt illa. qꝛ oīa relati/
ua tam logicalia ꝙ̄ grāmaticalia cōueniūt in hoc qꝛ dicūt respectū suffi
cientem ꝑ modū respectus. Uel faciūt secundā mentionē de re. de qua
prius est facta mentio quā rem alias ita certe ꝛ determiate ꝛ eodē mo/
do ex se nō haberent representare. Dicitur sufficientēꝫ ꝓpter cōparatiuos
ꝛ termios de p̄dicamēto signi q̄bus etiā ꝯuenit respectus, sed nō suffici
ens. Est g̊ relatiuū grammaticale triplex. scꝫ referēs tm̄. relatū tm̄. re

Relatm̄ referens tm̄.

ferēs ꝛ relatū sil'. Relatiuum referēs tm̄ est act⁹ relatiuus limitās cō/
ceptum suꝑ quē fert' ad standum relatiue. vt ly ille in ista. hō currit ꝛ il/

Relatm̄ relatū tm̄.

le homo mouet'. Sed relatiuū relatū tm̄ est ꝯceptus limitatus ꝑ rela
tiuū referens tm̄. Uel est aliq̄d tali subordinatū vt hoc totū hō q̄ currit
in illa oratōe. homo currit ꝛ ille homo qui currit mouet'. Sed relatiuū

Relatiuū referēs ꝛ relatū.

referēs ꝛ relatum sil' est qđ includit referēs tm̄ ꝛ relatū tm̄ vt ille in ista
homo currit ꝛ ille mou. r. Correlarium. In mente nullū est relatiū
referēs ꝛ relatum siml'. qꝛ in mente nihil includit'. Correlariuꝫ. Iste
tres diffinitōes iam tacte ꝓcedūt si ꝓnoīa sunt in mente. Si aūt nō sūt
in mente tūc diffiniendo p̄dictos termios loco ly actus debet poni ly si
gnum. qꝛ tunc nullus actus relatiuus est in mente. Correlarium. tūc
actus limitat ꝯceptū suꝑ quē fertur qn̄ determiat ipm sicut adiectiuuꝫ
suū substantiuū. Debet ergo relatiuū in genere ꝙ̄tum est ad ꝓposi/

Relatm̄ grāmaticale

tum sic diffiniri. Relatiuum grāmaticale referens ꝛ relatum siml' est si
gnum excitatiuum potentie cognitiue ad formandū ꝯceptū de aliq̄ re đ
qua facta prius est mentio. quā rem alias ita certe ꝛ determinate ꝛ eo/
dem mō ex se nō haberet rep̄sentare. Dicitur est signū ꝑ quod excludit'
res ad extra. Dicit' excitatiuum ꝓpter relatiua in libris clausis. vl' circa q̄
nullus aduertit. ꝛ nō debet capi ampliatiue. sed debet tantū valere sicut
signum natū excitare potentiā cognitiuā ex mō significādi quē actu ha
bet. Dr̄ quā rem alias. ꝛc̄. In qua particula ly alias nō debet tantum
valere id est extra demōstrationē vl' relationē. quia sequeretur ꝙ ly iste
captum demōstratiue esset relatiuum ꝑm cōceptum. sed debet tātū va
lere. i. si nō haberet tale antecedens nullo mō representaret talem rem.
Dicit' ita certe ꝛ determinate qꝛ ꝓnoīa vbicunq3 posita confuse ꝛ indet'
minate ꝑcant oēm rem mundi. Dicit' ꝛ eodem mō ꝓpter ly illud in il
la. Illud ē ꝓnomen ꝛ illud est dictio. vbi ꝑm ly illud ē relatiuū. Et licet
habeat rep̄sentare primū. tn̄ nō eodem mō scꝫ vltimate sicut iam. sed n̄
vltimate representare habet. Sil'r ly idem in ista. hō currit ꝛ idē moue
tur. licet deposito antecedente ly idem adhuc hꝫ repn̄tare hoiem. qꝛ si/

Idē est relatm̄ grāmaticale ꝛ logicale

gnificat omnem rē mundi. Correlarium Idem est relatiuū logicale

et grammaticale ⁊ illud correlariū est propositio habēs duos veros diuersos sensus. Unum quo ly idem capit materialiter. ⁊ sic valet tantū. hec vox idem est relatiuū gramaticale ⁊ logicale. ⁊ hoc est verū vt patet p diffinitionē. Secundū sensum q̊ ly idē capit psonaliter tunc valet tantum. vna eadem dictio vel res est relatiuū grammaticale ⁊ logicale. et hoc est verum. vt patet de ly idem. Dicit ex se ꝓpter ly albus in illa hō ē albus capiendo pure adiectiue qđ nō est relatiuū. licet faciat scđam intentionem de re. tñ hoc nō est ex se nec ex suo modo significandi. Sed ex beneplacito regule logicoꝝ. Idem est de ly non. Et ita qñ querit. fuisti in scholis respondēdo non vel ita. Correlariū. Duplex est relatiuū. scȝ substantie ⁊ accidentis. Relatiuū substantie est relatiuū qđ natuȝ ē referri ad suū antecedens in ꝓpōne in qua nullus ponit termin⁹ accidētaliter cōnotatiuus. vt ille ipse iste. Et est duplex. scȝ idētitatis ⁊ diuersitatis.

Relatm̄ substantie

Relatiuū substantie idētitatis est relatiuū quod in referendo suum antecedens in ꝓpositione copulatiua qđ añcedens est totale extremum vel principalior pars solū supponit ꝓ eo pro quo propositio sui antecedentis verificat. vt ly ille is qui. Sed relatiuū substantie diuersitatis est relatiuum qđ in referendo suum antecedēs in copulatiua qđ antecedēs est totale extremū vel principalior pars natuȝ est supponere ꝓ alio vel ꝓ eodem. ꝺm tñ aliam rationē q̄ꝫ ꝓ quo propositio antecedentis verificatur. vt alius alter diuersus. Dicit vel ꝓ eodem ꝺm ⁊c. q̄ dicendo sic. Cōsequentiaꝝ alia est materialis alia est formalis. ly alia supponit ꝓ illo pro quo ꝓpō antecedentis verificat sed ꝺm aliam rōnem

Relatiuum substātie identitatis

Relatm̄ substātie diuersitatis.

Relatiuum accidentis est relatiuū qđ natū est referri ad suū añs ꝓprie ⁊ apte solū in ꝓpōne in qua ponit terminus accidentaliter cōnotatiuus cōnotans eandē ꝓprietatē quā talis terminus cōnotat. vt talis tantus quantus. Dicit ꝓprie. q̄ tales etiā sunt congrue. sortes est hō q̄lis ē plato. Sed est impropria ⁊ inepta. Dicit cōnotans eandē ꝓprietatē ⁊c. quia dicendo sic. sortes est albus ⁊ tantus est plato Silr sortes est magnus qualis est iohānes. Ista signa sunt relatiua accidētis sed non bñ referunt. q̄ talis terminus cōnotatiuus debet importare eandē habitudinem accidentalem quā relatiuū importat. Et talia relatiua in nullo p̄dicamēto ponūtur q̄ sunt cōplexa. Correlariū. Propositionē verificari in ꝓposito est ipsam esse veram vel extrema supponere ꝓ eodem

Relatiuū accidentis

Propōnem ꝟificari

Correlariū. In ꝓposito ꝓpō falsa verificat vt om̄e aial est sortes. Et tale relatiuum accidentis iterū est duplex qđ ⁊ alia videant in alijs locis.

Responsio ad questionē. q̄ si ly eodē mō est due dictiōes. tūc questio est falsa. q̄ relatiuū nō supponit eodem mō sicut suū añs. q̄ mod⁹ supponendi relatiui est ip̄m relatiuū met supponēs Modus aūt supponēdi añcedentis est ip̄m añcedens met supponēs Si aūt est vna dictō tūc questio ex q̊ particulariter format est vera. Sed vl̄iter est falsa. quia quandoq̄ relatiuū supponit ⁊ añcedens suū nō. vt antichristus nō est ⁊ ipse erit. Et ē aduertendū. q̄ relatiuū supponere eodē mō sicut suū añcedens attendit dupl̄r. Uno mō quo ad speciē sic q̄ si añs supponat certa aliqua specie suppositionis q̄ relatiuum supponat eadem specie

℞. ad questionem

Relatiuuȝ supponere eodē modo intelligit dupl̄r. scȝ q̊ ad speciē.

suppositionis Et de isto mō sunt autores cōis schole antiq̄ ꝛ moderni
Quo ad suppositum
logici inꝰ se diuersificati. de q̄ infra. Alio mō relatiuū supponere eodē
mō sicut suū antecedens attēdiꝰ quo ad suppositū. sic ꝙ relatiuū et suū
aña supponāt ꝑ eadē re Et de isto mō oēs ꝑdicti cōcordāt. ꝛ nō sunt di-
Quo ad suppositum est conclusio.
uersificati dicentes vl'iter hanc cōclusionē respōsalē. Oē relatiuū grā-
maticale substātie idētitatis nō reciprocū positū in copulatiua affirma-
tiua referens aña in ꝓpōne cathegorica affirmatiua qđ est totale extre-
mū vel pricipalior eiꝰ ps relatiōe ꝑsonali ꝛ ꝑ eodē significato supponēs
supponit ꝑ illo ꝑ q̊ ꝓpō añcedentis ṽificaꝰ nisi restringereꝰ ad standū ꝑ
paucioribꝫ. Dr̄ substātie ꝓpter relatiuū accidentis qđ nō supponit pro
illa re ꝑ q̄ ꝓpō añcedentis verificaꝰ. sed ꝑ re simili in qualitate aut quā-
titate. Diciꝰ identitatis ꝓpter diuersitatis. quia tale supponit ꝑ alio vel
ꝑ eodem. ꝭm tamē aliā rōnem q̄ꝫ ꝑ q̊ ꝓpō antecedentis verificaꝰ. Diciꝰ
non reciprocū. qꝛ de natura reciproci est poni in eadem ꝓpōne cathego-
rica cū suo antecedēte. ꝛ tale nō supponit ꝑ eo ꝑ q̊ suū aña verificaꝰ sed
q̄n̄q̄ꝫ pro re possessa ab eo. vt sortes videt suū asinū. Diciꝰ referens suū
antecedens in copulatiua. qꝛ si refert ip̄m in disiunctiua vel cōditionali
relatiuū non supponit ꝑ eo pro quo ꝓpō añcedentis verificaꝰ. Pro q̊
Relatiū refert dupl'r.
est notandum ꝙ relatiuum refert dupliciter. scꝫ restricte ꝛ irrestricte.
Restricte
Relatiuum referre restricte est ip̄m referre suum aña cū oibus ꝑmi-
nis tam cathegorematicis q̄ꝫ sincathegorematicis secum in eadem ꝓpo-
sitiōe cathegorica positꝫ dempto signo vl'i affirmatiuo ab initio ꝓpōnis
posito. qđ signū nō est pars extremi. vel dempto signo vl'i affirmatiuo
distribuente totale extremū. ita fit q̄n relatiuū poniꝰ in copulatiua cau-
Irrestricte
sali vel rationali. Sed relatiuū referre irrestricte est relatiuū referre suū
aña nō cū oibꝫ termis secū ꝛc. ita fit in disiūctiua vel cōditionali Dicen-
do sic. nullus hō est asinus ꝛ sortes est ille. ly ille refert ly hō cū ly nullꝰ.
ꝛ valet tantū scđa ps sortes est hō qui nō est asinꝰ. Correlariū. Dicē-
do sic. nullus hō est oē aīal ꝛ sortes est illud. scđa pars valet tantū. ꝛ sor-
Nullus hō est oē aīal ꝛ sortes est illud
tes est illud aīal qđ nō est omnis hō. qꝛ si aliq̄s terminꝰ in negatiua stat
cōfuse tm̄ vel determiate. tūc ille terminꝰ q̄ stetit distributiue postea nō
debet distribui Correlariū. dicēdo sic. hois q̄libet ps est in scholis ꝛ
Hois q̄libet ps est in scholis ꝛ ille currit.
ille currit. ly ille refert ly hois cū ly quelibet. ꝛ valet tantū. ꝛ ille hō cuius
q̄libet ps est in scholis currit. Correlariū. dicēdo sic. hō vel cuiuslibꝫ
hois asinus currit ꝛ ille moueꝰ. scđa ps valet tantū. ꝛ ille hō q̄ vel cuius-
libet hois asinus currit moueꝰ. Correlariū. dicēdo sic. nullum caput
habet ois hō ꝛ illud ē magnū sic debet exprimi. ꝛ illud caput qđ nō hꝫ
a hō est magnū. Correlariū. dicēdo sic. oi tpe hō est ois hō ꝛ illđ est
in septimana. sic debet exprimi relatiuū relatū. Et illud tēpus in q̊ a hō
est ois hō est in septimana. ꝛ ita in alijs Diciꝰ referēs suū aña in ꝓpō-
ne cathegorica affirmatiua. qꝛ dicēdo sic. hō nō est currēs ꝛ ille moueꝰ.
relatiuū nō supponit ꝑ illo ꝑ q̊ ꝓpō añcedentis verificaꝰ vt patet. Diciꝰ
aña qđ totale extremū est. qꝛ dicēdo sic. tunica sortꝫ est alba ꝛ ipse respō-
det. ly ip̄e supponit ꝑ sorte cuiꝰ tunica est alba. ꝛ tm̄ ꝓpō añcedentis non
verificaꝰ ꝑ sorte sed ꝑ tunica sortis. Dr̄ relatione ꝑsonali. qꝛ dicendo sic.

femīa clausit portam vite que reserauit. ly que nō supponit ꝑ illo ꝑ quo ꝓpō aῦcedentis verificat̄ sed ꝑ re siṁi in specie ⁊ nō in nūero q̄ȝ est relatio simplex. Dr̄ ꝑ eodē significato. q̄re hoc videat̄ in illis orōnib;. Eq̄rea ē nomē ⁊c. manus dn̄i sunt crucifixe. q̄ ⁊c. De⁹ dat aureolā qd̄ nomē ⁊c. Dicit̄ supponēs ꝓpter relatiuū in illa. adā nō est. ⁊ ille fuit. Dr̄ supponit ꝑ illo ⁊ nō dr̄ supponit ꝑ oī illo q̄ȝ nō oportet relatiuuȝ supponere ꝑ oī illo ꝑ quo suū aῦcedens sed ꝑ illo ⁊ solū ꝑ tali ꝑ quo ꝓpō aῦcedentis verificat̄. Dicit̄ nisi restringat̄ ꝓpter ly ille in ista hō currit ⁊ ille exn̄s sortes mouet̄. vbi ly ille supponit solum ꝑ sorte ⁊ tn̄ propositio antecedentis verificat̄ ꝑ quolibet homie currēte. Suppositio relatiui alio mō attendit̄ quo ad speciem. de hoc vt dictū est sunt autores cōis schole antiqui ⁊ moderni logici presertim biri. ⁊ Marsi. inter se diuersificati diuersas affirmātes opiniōes Quarū pma est biridani ⁊ maxie cōis schole pariensis ⁊ coꝝ sequaciū q̄ dicunt ꝙ suppositio relatiui quo ad speciē attendat̄ penes suū aῦs. sic ꝙ q̄cunq̄ specie suppositiōis aῦs supponit eadem etiā relatiuum. Secundo dicūt ꝙ tale signū qd̄ distribuit aῦs etiam feratur in relatiuū vt dicēdo. oīs hō currit ⁊ ille mouet̄. dicunt ꝙ ly oīs distribuit etiā relatiuū scȝ ille. sed signum postpositum aῦcedenti dicunt ꝙ nō ferat̄ in relatiuū Conseq̄nter dicūt ꝙ suppositio quo ad speciē debeat attēdi penes ꝓximū aῦs. Sed quo ad suppositū in ambabus penes pximū aῦs. ⁊ sic dicēdo. aīal est animal. ⁊ nullus asinus est illud. ⁊ nullum aīal est aīal vel nullus asinus est illud q̄ sunt cōtradictorie ṡm Marsi. q̄ dicit ꝙ copulatiua affirmatiua ⁊ disiūctiua affirmatiua de ꝑtib; ꝯtradicentib; ꝯtradicāt. ly illud in copulatiua supponit determinate. sed in disiunctiua distributiue. q̄ȝ sꝑ penes ꝓximuȝ aῦs quo ad speciem sed quo ad suppositū in ambabus supponit eodeȝ mō sicut ly animal in copulatiua Item ṡm eos ille nō ꝯtradicunt. aīal est aīal ⁊ oīs asinus est illud. nullū aīal est aīal vel asinus non est illud. q̄ȝ cum ly asinus distributo ponit̄ ly illud stās determinate. ⁊ ḡ in alia ly asin⁹ deberet stare confuse tm̄. Item ṡm biridanū relatiuum nō semꝑ refert restricte in copulatiua nec semꝑ irrestricte in disiunctiua. sed sꝑ eodem modo in ambab;. sicut refert in prima sic in secūda debet referre.

Suppō relatiui quo ad speciem

Opinio Biridani ꝙ eodē mō supponat sicut antecedens.

Item ṡm illos iteꝝ oportet ꝙ ille non sunt ꝯdictorie. oīs substātia ē substantia ⁊ aliq̄ substātia nō est illa. substantia nō ē substantia vel oīs substantia est illa. q̄ȝ deficit vndecima cōditio. ⁊ si disponit̄ ꝙ fiat iuxta conditionē vicȝ per impositionem alic⁹ signi facientis suppositionē optatam tūc adhuc ly illa nō supponit sicut suum aῦs quod iteꝝ erit contra Birida. ⁊ eius sequaces. Est alia opinio Mar. Hugonis ⁊ cōmunis schole ⁊ viennēsis ꝙ suppositio relatiui quo ad spēm attēdat̄ penes additionem signi vel signoꝝ. ita ꝙ si aliqd̄ signū habens facere certam suppōneȝ ferat̄ suꝑ relatiuū tūc relatiuum supponit eadē suppōne sicut in alijs termīs nō relatiuis. Motiuū Signū positū in vna cathegorica nō fertur in termios alterius cathegorice. Nec ꝓpter hoc tractatus de relatiuis ponitur frustra. quia ex eo habetur pro quo supponat relatiuū quid sit relatiuum ⁊ que sint eius membra. Itē ṡm illos opor-

Marsilius ꝙ supponat sicut alij termi nō relatiui

tet dici ꝙ relatiuum in ambabus partibꝫ ꝯtradictionis debet eodē mō referre vel semꝑ restricte vel semꝑ irrestricte. ita ꝙ sicut in prima sic ⁊ in secunda. Et hoc maxime tenendo Marsiliū ꝙ copulatiua affirmatiua ⁊ disiunctiua affirmatiua de ꝑtibꝫ cōtradicentibꝫ cōtradicant. alias eīn nō participarēt in extremis. ⁊ sic qualitercunqꝫ refert añcedens positū in copulatiua. vt si refert restricte. Sic etiā relatiuum in disiunctiua ponatur ⁊ econuerso. Vel dicatur sic ꝙ suppositio relatiui quo ad suppositum in omnibus debet attendi penes primum antecedens quod idē est. Item dando cōtradictoriam alio mō ꝗꝫ ſm Marsi. vicꝫ per p̄positionem negationis ad copulam hypoteticalem. tunc relatiuū semꝑ in copulatiua causali vel rationali debet referre restricte. ⁊ in disiūctiua vel conditionali irrestricte. Et tantum de materia illius questionis.

Sophisma.

Omnis propositio est vera vel eius contradictoria ē falsa. Nota sophisma est ꝓpositio hypotetica affirmatiua speciei disiunctiue ⁊ nō habet ꝯtrariā nec subalternatā Et sub ly eiꝰ nō valet descēsus quia nō est singularisabile Et nullum subiectoꝝ nec prime nec secunde par is restringit ad standum materialiter. ꝗuis predicata i ambabus capiuntur ꝓ terminis secundaꝝ intentionum. Correlariū Ly vera et falsa accipiunt in sophismate ꝓ terminis secundaꝝ intentionum ꝓut attribuunt ꝓpōnibꝫ. Correlariū. ſm Marsi. sophisma habꝫ cōtradictorium illud. ꝓpositio nō est vera ⁊ nulla eius cōtradictoria ē falsa. quia ſm eum vt dictū est copulatiua affirmatiua ⁊ disiūctiua ⁊c. etiā habet illam contradictoriam ſm generales negando simpliciter ly vel.

R. ad sophisma ſm Biridanum

Ad sophisma respondetur ꝙ ſm Biridanum sophisma est falsum quia est vna disiunctiua cuius ambe partes sunt false. de prima ꝑte patet. Secunda pars etiā est falsa. quia valet tantū. cuiuslibet ꝓpositōnis contradictoria est falsa. modo hoc est falsum. qꝛ ſm eum ly eius supponit distributiue sicut suum antecedēs. sed in tali sensu sophisma adhuc est possibile. et illa responsio procedit ꝓut ly eius refert ly propositio

Si autem ly eius refert ly vera tunc sophisma ſm Biridanum etiā est verum. quia est vna disiunctiua cuius vna pars scilicet secunda ē vera. et valet tantum secunda pars a propositionis vere contradictoria est falsa. modo hoc est verum circumscribendo saltem multiplicitatem propositionnm. Correlarium. ſm Biridanuꝫ illa nō est ꝯtradictoria sophismatis ꝓpositio nō est vera ⁊ nullius eius ꝯtradictoria est falsa. qꝛ ly eius ſm eum in ambabꝫ partibꝫ distribuitur. ⁊ sic nō cōstituuntur ex ꝑtibus ꝯtradicentibꝫ.

R. ad sophisma ſm Marsilium.

Sed ſm Marsi. rñdetur ad sophisma ꝙ quicq̄d referat ly eius sophisma de rigore verborum est verum. quia ſm eum ly eius supponit determinate. et valet secunda pars tm̄ alicuiꝰ ꝓpositionis cōtradictoria est falsa qđ est verum. Correlarium. Nō sequit contra sensum Marsilij veꝝ. oīs ꝓpō est vera vel eiꝰ contradictoria est falsa. ⁊ hō est asinus est ꝓpositio. ergo homo ē asinus est vera vel

eius contradictoria est falsa. tenet ꝯña ꝑ subsumptionē sub termino di/stributo. q꜀ relatiuū equocatur referēdo in añcedente ⁊ ꝯñte Correlariū nō seqtur omīs ꝓpō ē vera vł eiꝰ ꝯdictoria est falsa. ⁊ iste sunt oēs ꝓ/pōnes. ergo illa ꝓpō est vera vel eius ꝯtradictoria est falsa. ⁊ illa ꝓpositō est vera ⁊c̃. ⁊ sic de alijs. quia relatiuū iteruꝫ equocaꝛ referēdo i añcedēte ⁊ ꝯñte. Correlarium non sequitur probando ꝯdictoriam secunde partis sophismatis sic. hoc non est falsum. et hoc est nullius ꝓpōnis ꝯdictoria. ergo nullius ꝓpōnis contradictoria est falsa. q꜀ stat equiuocatio cir/ca negationē. Correlariū. non sequitur omnis ꝓpō est vera vel eius ꝯdictoria est falsa. ergo tm̄ falsū est ꝓpō vera vel eius ꝯdictoria est falsa nec arguiꝛ ab vniuersali ad eiꝰ exclusiuā. q꜀ ꝓpō hypotetica nō ē vniuersalis. Correlariū illa nō est bona ꝯña cuiuslibet ꝓpōnis ꝯdictoria falsa est falsa. ergo omnis ꝓpō est vera. Et in casu quo illa solū sit homo ē asinus. añs est falsum. q̇a illa nō hꝫ ꝯdictoriam falsam. Corelarium. Illa ꝯña cuiuslibet ꝓpōnis ꝯdictoria est falsa. ġ nulla ꝓpō est vera te/nendo ꝙ ꝓpōnes sint multiplices non valet. quia si cras solū ille fierent tm̄ hō est animal ⁊ nō tm̄ homo est animal antecedens esset verꝫ ⁊ con/sequens falsum. q̇a quelibet illaꝝ est falsa. adminus in certo sensu. negatiua est falsa ꝓut est vna de excluso extremo. Sꝫ affirmatiua est falsa ꝓ/ut est vna excluasiua. tenendo aūt oppositū ē bona ꝯña. Correlariū. illa ꝯña illa ꝓpō est vera ⁊ habet ꝯdictoriā ergo eius ꝯdictoria est falsa bene valet. ⁊ qñ dr̄ sit casus insolubilis. ⁊ ponaꝛ quis in pontē ⁊ omnes pretereuntes dicētes falsum ꝓijciat in aquā ⁊ oēs dicētes verꝫ ꝑmittat ꝑ transire ⁊ veniat vnus dicens ad eū. Tu ꝓijcies me in aquā si facit loq̇/tur verū dꝫ eū dimittere si non facit dicit falsum dꝫ eū ꝓijciere in aquam vt ponit casus. ⁊ sic ambe ꝯdictorie apparēt vere. Tu ꝓijcies me i aquā tu non ꝓijcies me in aquā. Rñr ꝙ ꝯña bene valet. q꜀ quacūqꝫ ꝓpō ē de/monstrata ꝑ ly illa in antecedēte si est vera ꝯñs etiā est verū. si falsa ante/cedens etiā erit falsum. Correlariū. illa ꝯña oīs ꝓpō vel verū ē ꝓpō vera. ergo oīs ꝓpō est vera si totū distribuiꝛ est bona ꝯña sꝫ materialis quia in sīl'i nō sequitur. omīs homo vel asinus est asinus. ergo oīs hō est asinus. q꜀ in casu ꝙ solum asini essent. antecedens eēt verū ⁊ ꝯñs falsuꝫ Si autem solū pars distribuitur est falsa. ⁊c̃.

Sophisma

Omnis hō est animal et aliquis homo non est illud.

Notandum sophisma est ꝓpositio hypotetica speciei copulatiue nō habens subiectum neqꝫ predicatū. Et est in nulla materia. Neqꝫ ꝯuertitur. Et habet ꝯdictoriā ꝭm mar. istā homo non est al'. vł oīs hō est illđ ⁊ in disiunctiua iā ly illud etiā dꝫ referre restricte. Alio mō habet ꝯdictoriā negando simpl'r ly ⁊ ⁊c̃ Secundo notādū. ꝙ ly illud i sophismate refert restricte. Rō autem quare relatiuū refert in copulatiua restricte. Et in causali vel rationali ⁊ in disiunctiua vel ꝯditionali irrestricte. q̇a alias ꝓpō vera deberet negari vnđ illa conceditur. sortes est asinus vel ipse est homo. Et si relatiuū referret restricte ipsa fieret falsa. q꜀ secunda

Cur relatiuum in co/pulatiua refert restric/te ⁊ in disiunctiua irre stricte

pars etiam esset falsa. quia tantum valeret ipse sortes qui est asinus est homo. Sic etiam in illa. asinus est animal ⁊ nullum risibile est illud. q̄ conceditur. ⁊ tamen si relatiuum referret irrestricte ipsa esset falsa. vt p₃ Item ista negatur. sortes est animal. ⁊ iohannes est illud ⁊ tamen debe ret concedi. quia etiam secūda pars valeret tm̄. Johānes ē aial. ⁊ sic am be partes essent vere. Similiter ista negatur. deus nō est oipotens si ip se est creans. ⁊ tn̄ si relatiuū referret restricte esset ꝟa q̄a valeret tm̄. deus nō est oipotens si ipse deus q̄ non est oipotens est creans. ꝙ autē sit ve ra probatur. q̄a eēt ꝯditonal' bona consequentia. ergo vera ⁊ necessaria ꝑpositio

℞. Ad sophisma ꝭm Marsilium

Ad sophisma. Respondetur ꝭm marsilium ⁊ ꝭm scholam ꝛvyennensem sophisma est falsum. quia ꝭm illos ly illō distribuitur per negationem latam in ipsum Et sic secūda pars valet tantū. aliq̄s homo non est animal. Secundo dicendum ꝭm eosdem ꝙ si ly aliquis absolui tur a genere sophisma est falsū ⁊ impossibile. licet quelibet pars sit possi bilis tamen vt sic partes sunt sibi inuicem incompossibiles. i. partes si bi inuicem repugnant. Si autem non absoluit' ⁊ restringit ly homo ad standum solum pro viris tunc sophisma est falsum ⁊ possibile. vt in ca su ꝙ nullus vir esset tunc esset verum.

℞. ad sophisma ꝭm Biridanum

Sed ꝭm biridanum ⁊ commu nem scholam parisiensem respondetur ad sophisma ꝙ sophisma ē verū quia ꝭm tales ly illud supponit confuse tantum. Et sic secunda pars va let tantum. aliquis homo a animal quod est homo non est. ita ꝙ ly a sit signum suppositionis confuse tantum ad ly animal. vl' valet tantum. ali quis homo non est omne animal quod est homo. Correlarium. ꝭm Biridanum ille non sunt contradictorie scilicet sophisma. ⁊ illa. aliquis homo non est animal. vel quilibet homo est illud. ⁊ secunda etiam ē ve ra. quia iam ly illud refert restricte sicut in sophismate. ⁊ sic valet tantū quilibet homo est illud animal quod est homo. ⁊ sic refert antecedens. in copulatiua. Correlarium. Quando arguitur contra sophisma pe trus est animal ⁊ aliquis homo non est illud. ⁊ Paulus est animal ⁊ ali quis homo non est illud ⁊ sic de singulis. Et ergo omnis homo est ani mal: ⁊ aliquis non est illud. tenet consequentia per inductionem. Di citur ꝙ non sit inductio q̄z ly illud in antecedente ⁊ consequente equiuo catur. Aliud enim habet relatiuum relatum in antecedente q̄₃ in conse quente. quia in antecedente tunc relatiuum relatum est. Et aliquis ho mo est illud animal quod est petrus. Sed in consequente relatiuum re latum est. Aliquis homo non est illud animal quod est homo. Et tan tum de tractatu relatiuorum

De ampliationibus

Irca tractatum

Marsilij de ampliationib⁹. Querit̃ vtrum ali-
quis terminus possit ampliari. Notandũ
ꝙ titulus vno mõ sic format̃. vtrum aliquis ter-
minus sit ampliatiu⁹ ⁊ est magistri hugonis
Pro q̃ nota ꝙ subiectũ eius est ly termin⁹
⁊ capitur ibi ly termin⁹ sicut in diffinitõe sup-
põnis. ⁊ ampliat̃ ꝑ ly ampliatiuus ad q̃tuor
differentias tꝑorum ⁊ p̃dicatũ est ly ampliatiu⁹
qḋ ẽ signũ amplians ex octaua regula ãpliationũ hñs ãpliare. Et est in
materia ꝯtigẽti. Et ꝯuertit̃ sic. q̃ ãpliatiuũ ẽ termin⁹ q̇ ẽ vl' põt eẽ. ⁊ ẽ sit'r
ĩ materia ꝯtingẽti. ⁊ ei⁹ extrema ñ ꝯuertunt̃. qꝛ potẽs ãpliari respectu co
pule de pñti suppõit ꝑ t'mino q̇ ñ ẽ sꝫ q̇ formabit̃ q̇a tal' ẽ potẽs ãpliari. ⁊
tñ tal' ñ est t'minus Scḋo notãdũ. ꝙ pñs qõ nõ mouet̃ ꝙ sit dubia cũ Cur ista qõ moueat̃
sit ꝑpõ necessaria vt ĩ rñsiõe patebit Sꝫ mouet̃ ꝑpt' inq̃rere modũ ꝑ quẽ
aliq̇s t'min⁹ amplieť ⁊ q̃uo ampliatio habeat exp̃mi. Tercio nota ꝙ Ampliatio ẽ q̇dã ꝑp̃e
ampliatio est vna ꝑp̃etas logical' a ceteris distincta q̃ põit̃ ad saluãdũ tas
v'itates ⁊ falsitates ꝑpõnũ. nã ⁊ Arestotiles p̃mo elencorum innuit ãplia-
tionem ꝑ exẽpla cũ ponit illas duas egrotus sanabat̃ ⁊ sanabat̃ egrotus
que differũt solũ in ampliatõe. Rñsio ad qõnẽ. ꝙ qõ vt ꝑponitur est R. ad qõnem
vera. imo necessaria. ex q̊ omĩs ꝑpõ de põt v'a ẽ necessaria. Etiã omnis
terminus põt ampliari nec ẽ instãtia de ꝯceptib⁹ q̇a oẽs tales etiã possũt
imponi. lꝫ non a nobis sufficit tamẽ qḋ a potẽtia supiori ⁊ vniuersali q̇
libet termin⁹ in certo mõ significãdi põt ampliari. q̇a si ẽ scriptus tũc qñ
capitur materialiter. Si est mentalis tunc qñ significat se ⁊ adhuc erit
suũ significatũ vltimatũ. q̇a quicquid terminus mentalis significat hoc
vltimate significat. Correlariũ. Illa etiã est vera. q̇libet termin⁹ in q̇- Prima ꝑpõ
libet suo mõ significãdi põt ampliari. q̇a q̇libet vltra significationẽ quã
actu hꝫ põt iponi. Correlarium. Illa etiã est vera aliquis terminus Secũda ꝑpõ
pro quolibet suo significato potest ampliari prout ly pro quolibet suo si-
gnificato determinat ly terminus. alias autem non et est instantia de ly
chimera. Correlarium. Illa etiam est vera. quilibet terminus in cer- Tercia ꝑpõ
to modo significandi potest ampliare quia per nouam impositionem.
Consequenter notandum. ꝙ terminus non ideo dr̃ ampliari. Quia
ipse plura significat in vno loco q̃ꝫ in alio. quia terminus vbicunq̧ poni
tur eq̧ multa significat vt dicit Hugo. Pro q̃ autoritate ẽ notãdum Termin⁹ vbicũq̧ po
ꝙ hoc totũ vbicunq̧ ponit̃ p̃t det'minate ly termin⁹ vl' etiã ly significat. nat̃ eq̧ m'lta s'cat
quicquid tamẽ determinat ipsa semper de rigore est falsa. q̇a ly loco sem
ꝑ distribuitur pro omni loco in quo terminus ponitur. vt patet exp̃mẽ

do suppositũ circa ly ponitur. Et ẽ iudicandũ de veritate ⁊ falsitate illi⁹
ppõnis sicut de ista qõe. Utrũ terminus discret⁹ in q̃cũq; ⁊c̃. Et etiã de
singularibus eius. ita q̃ dando singulares illius autoritatis dz exprimi
Intelligitur — suppositũ circa ly ponitur irrestrictũ. Et intelligit̃ ista autoritas sic.
In omni loco in quo terminus ponit̃ s̃m certũ modũ significãdi totalẽ
talis terminus significat eq̃ m̃lta in eodẽ loco. ⁊ s̃m eundẽ modũ signi-
ficãdi totalẽ acceptus. ⁊ hec est vera. Ita facile excludunt̃ argumenta q̃
possunt fieri de ly homo in istis. hõ est pict⁹. ⁊ hõ est aïal. Sic etiã de ly
ens in illis. ens est dictio ⁊ ens currit. Similit̃ de diuersitate significato
Rõe cui⁹ t̃min⁹ dicit̃ ampliari — rũ in illis. lupus est aïal. ⁊ lupus ẽ in fabula. Dr̃ ergo termin⁹ iõ ãplia
ri q̃ ipse supponit ad plures differentias tp̃oꝝ in vno loco q̃ȝ in alio
Arguitur primo — Contra h̃ arguit̃. termin⁹ i vno loco plura s̃cat q̃ȝ i alio. g̃ dicta fal
sa. Assumptũ probatur. q̃a terminus i vno loco supponit pro pluribus
q̃ȝ in alio. saltem ipse vel suus sinonimus. ergo talis in vno loco plura si
gnificat q̃ȝ in alio. tenet ɔ̃ña ab inferiori ad superius. Confirmatur.
Secundo — Nullus terminus ampliat alium. ergo ille tractatus frustra. Assump-
tum probatur. quia nullus terminus agit in alium. ergo null⁹ termin⁹
Tercio — ampliat alium. tenet ɔ̃ña a sup̃iori negato ad inferius. Cõfirmatur:
omnia possunt saluari per amplam acceptionẽ. ergo non est ponenda
ampliatio. Assumptum p̃batur. q̃a vbicunq; est ampliatio ibi ẽ ampla
R. ad primũ — acceptio. ⁊ non econuerso. Ad primum respondetur. negando conse
quentiam. nec arguitur ab inferiori ad superius. saltem ratione totius:
quia hoc totum supponens pro pluribus in vno loco q̃ȝ in alio non est
inferius ad hoc totum plura significans in vno loco q̃ȝ in alio. licet be-
ne ly supponere sit inferius ad ly significare. Ad secundum responde
Ad secundum — tur. negando consequentiam neq; terminus ideo dicitur ampliare aliũ
quod ipse agit in aliũ. nec vt sic agere dicitur superius ad ampliare in p̃
posito. nã ly ampliatio in proposito est terminus secunde intentionis.
Sed terminus ideo ampliat alium quia est signum illius quod alter p̃
Ampliatio capit̃ du-plicater — pter ipsum accipitur ad plures differentias temporum Et ille termi-
nus ampliatio q̃n capit̃ actiue tunc ẽ terminus ãpliãs ⁊ capit̃ ibi ly ter
min⁹ large ita q̃ sincathegorema etiã sit termin⁹ q̃ puꝝ sincathegorema
Secundo — ampliat. vt ly fuit ibi. homo fuit aïal. Q̃ñz s̃o accipitur passiue pro ter-
mino qui ampliatur. ⁊ sic capitur in diffinitione sequẽti vt patebit. Sȝ
Tercio — ibi capitur ly terminus solum pro termino cathegorematico. Sic etiaȝ
potest capi actiue ⁊ passiue sil̃. ⁊ tunc ẽ signũ ampliãs ⁊ termin⁹ q̃ ãplia
tur. ⁊ sic bene datur vnus terminus q̃ ẽ ampliatio actiue ⁊ passiue siml̃.
vt sortes currit vel curret. p̃ut verba sunt simplicia est ampliatio actiua
quia ampliat subiectum. ⁊ cum hoc passiua. quia seipsum. ⁊ sic tunc idẽ
R. ad tercium — ampliat seipsum. Ad tercium respondetur. Concedendo q̃ omnia
possunt saluari per amplam acceptionem. Sed negetur q̃ ergo non sit
ponenda ampliatio. nam illud est malum argumentum. omnia possũt
saluari sine illo. ergo non est ponendum. Ueꝝ ẽ q̃ de rigore etiã est fal-
sum videlicet q̃ omnia possunt saluari sine ampliatione. Illud tamẽ ve
rum est vbicunq; est ampliatio ibi est ampla acceptio ⁊ non econuer-

so. Et Aristoteles in Elencorum determinat de ampliatione in hoc ꝙ
ponit differentias inter illas duas propositiones laborans sanabatur
ꝛ sanabatur laborans ꝛ per laborantem intelligit febricitãtem. Et
subiectũ illius tractatus est ille terminus ampliatio secunde impositio//
nis ꝛ eius propria passio est hoc totũ. Suppõ termini respectu diuersa
rum differentiarum tempoꝝ diuisim.

Subiectum ꝛ eiꝰ passio propria

Sophisma

Album fuit sortes Pro isto sophismate est notan/
tãdũ. ꝙ casus sophismatis quẽ hugo põit ẽ iste. ꝙ sortes sit iã prio albꝰ ꝛ
ꝑus fuerit ꝫ nõ fuerit albꝰ ꝫ niger. Et ĩ illo casu ly iã p̃t ĩportare tp̃s di//
uisibile ꝛ tũc casus ẽ naturalr possibil' vt si ĩportaret illã totã horã. et sit
sensus ꝙ sortes prio in illã hora sit albꝰ ꝛ priꝰ. id ẽ añ illã horã fuerit. sed
nõ fuerit albꝰ ꝫ niger. ꝛ h̃ ẽ naturalr possibile. Si autẽ ĩportat tp̃us in//
diuisibile. ita sit sensus ꝙ sortes iam ꝓmo. id est in illo instanti sit albus
ꝛ priꝰ. id est ante illõ ĩstans nõ fuerit albus ꝫ niger. ꝛ tũc casus ẽ ĩpos//
sibilis naturalr. q̃a nulla tota latitudo ĝdual' acq̃rit' sil' ꝓ eodẽ ĩstãti sal
tem naturalr vt dicit. Arist. tercio phisicoꝝ q̃a q̃libet successiue acq̃ritur
Et rõ est resistentia qualitatis ꝯrie. ꝛ tñ possibilis ẽ supnaturalr. quia
deꝰ põt in ĩstanti ꝓducere sũmã albedineꝫ in sorte. Casus vt in ꝓpo/
sito est admissio alicuius ꝓpõnis cũ defensiõe eiusdẽ ꝭm certũ statuꝫ. vt
casus sophismatꝫ ẽ tal' ꝓpõ vl' ꝯsitis q̃ exp̃mit sortẽ iã eẽ album ꝛ prius
fuisse nigrũ. Ulterius ẽ notandũ. ꝙ stãte casu sophismatꝫ ille terminꝰ
albũ adhuc ampliatur. sed nõ ampliatur pro sorte. sed pro alia re alba.
Sed accipitur ample pro sorte. Sed si ponitur casus pro qualibet re al
ba ꝙ etiam prius fuerit nigra cum casu sophismatis. tunc ille terminꝰ al
bum adhuc ampliatur. ꝛ tũc ꝓ nullo ampliatur. ꝛ ampliatur ꝓ aliquo
ꝛ ibi ly aliq̃ stat ꝯfuse tantum. Quia isti termini ampliatur. ãpliat re//
stringit. restringitur. alienat. alienatur. ãpliãt t̃minos q̃s regũt mediãte
prepositione pro ꝛ faciunt eos stare confuse tantum. Qõ autem ly albũ
pro nullo amplietur in tali casu probatur sic. quia quodcunq; suum si//
gnificatum datur pro isto non supponit ad diuersas differentias tem//
porum sed solum ad vnam. Et iterũ nota. ꝙ sophisma mouetur pro//
pter hoc ꝙ sciatur pro quo terminus cõnotatiuus amplietur. cũq̊ termi//
nus supponit pro omni supposito sibi correspõdẽte ad copl'am ad quã
accipitur an ergo pro omni tali etiam amplietur ꝛ videtur ꝙ nõ. ꝫ solũ
pro illo qõ sibi correspondet ad minus ad duas differentias temporuꝫ.

Casus sophismatis

Casus quid est

Albuꝫ in casu sophismatis ampliatur

Reg'la

Cur sophisma moueatur

Album quid sit

Principaliꝰ nota. ꝙ albũ est res habẽs ĩ se vl' ĩ supficie exteriori ĩ ma
iore eius parte sufficientem albedinem ꝓ ipsius denominatione ꝛ ꝭm
vl'gareꝫ denominationẽ ꝛ taliter qualiter sufficit denominari a tali. Di
citur notanter ꝭm vulgarem denoiationem. quia ethiops etiam habet
in se sufficientem albedinem. quia in ptibus interioribus. Potest tamẽ
sufficienter sic describi. Album est res habens scilicet in superficie exteri
ori ꝛ maiore sua parte ꝭm se ꝛ quodlibet sui sufficientem albedinẽ ꝓ sui
denomiatiõe. vl' est res indiuisibil' cui inheret sufficiẽs albedo. Ultimũ
dicitur propter summã albedinẽ que si esset in puncto indiuisibili tunc

tale eēt albū. lʒ nō videaᷣ qꝛ nō est quantū. Et nisi illa particula addaᷣ sequitur ꝙ aliq̄d eēt album ꝛ eius partes non. vt pʒ de punctis que sūt partes continui. Item aristotiles pꝛio topicoꝛum dicens. qui dubitat deos vereri aut parentes honoꝛare nō indiget rōne sed pena. Et q̄ dubitat ꝙ nix sit alba nō indiget rōe sʒ sensu. Uult tātū ꝙ iō nix appet alba q̄a radij incidentes sup guttulis discontinuatis ꝛ disgregatis reflectunᷣ ꝛ qꝛ lux de se visa apparet alba. iō nix apparet alba. Sʒ q̄d dicit aristoteles. ꝙ nix sit alba. cepit albū pꝛo lucido.

R. ad sophisma

Quibus p̄missis rn̄deᷣ ad sophisma. ꝙ sophisma vt pꝛoponitur ē verum stāte casu sophismatis qꝛ est indefinita affirmatiua cui⁹ extrema supponūt pꝛo eodē. Et pbaᷣ sic. hoc fuit soꝛtes. ꝛ hoc ē vel fuit albū. ergo albū fuit soꝛtes expositoꝛie. Sʒ illa albū est soꝛtes non est eius de p̄nti. saltem penes quā attenditur veritas eius. quia illa nūq̄ fuit vera sed illa est eius de pꝛesenti h̄ est soꝛtes vel soꝛtes est soꝛtes q̄a iam subiectum est terminus cōnotatiuus. ergo ponendo eam in esse debet mutari in terminū absolutum. vel in pꝛonomē demonstratiuum demonstrans rem pꝛo qua talis terminus supponit. Et ad veritatē pꝛopositionis de pꝛeterito non requiritur ꝙ habeat vnā de pꝛesenti veram. quia staret ꝙ talis de pꝛesenti nunq̄ fuisset foꝛmata.

Quid requiraᷣ ad veritatē ppōnis de pꝛeterito vel futuro

Sed ad veritatem vbi ambo extrema accipiuntur ad copulā de pꝛeterito. sic ꝙ nō ponitur ibi aliqua determinatio ampliatiua vel restringens tunc requiriᷣ ꝙ eius de pꝛesenti si eēt foꝛmata aliquando fuissʒ vera. Sed ad pꝛopositionis veritatē de futuro vbi ambo extrema. ꝛc̄. requiritur ꝙ habeat vnā de p̄nti que aliquando erit vera. Dicitur vbi ambo extrema. ꝛc̄. pꝛopter tales vł ꝯsiles. album possibiliter fuit soꝛtes. albuʒ quod est fuit soꝛtes qui est.

Arguiᷣ ꝯ sophisma p̄mo

Contra sophisma arguitur. sophisma est falsum. ergo male concessuʒ. pꝛobatur. quia quelibet eius singularis est falsa: pꝛobatur. quia illa est falsa. hoc album fuit soꝛtes pꝛobatur. quia sequitur bene. hoc album fuit soꝛtes. ꝛ soꝛtes fuit quando non fuit hoc album ergo soꝛtes fuit quando nō fuit soꝛtes

Secūdo

Confirmaᷣ. Sequitur bene album fuit soꝛtes. ergo soꝛtes fuit albus. tenet consequentia per cōuersionem.

Tercio

Confirmatur. Album incipit esse soꝛtes. ergo nulluʒ album est soꝛtes. Assumptum pꝛobatur. soꝛtes incipit esse albus. ergo album incipit esse soꝛtes. tenet consequentia. quia nomina ꝛ verba trāspo sita idem significant.

R. ad p̄mū

Ad pꝛimuʒ respondetur negando assumptum ad pꝛobationem negetur consequentia nec est silogismus expositoꝛius. quia medium in minoꝛe non eq̄ late negatur respectu copule minus p̄ncipalis ad quam accipitur sicut affirmatur in maioꝛe quia negatur solum ad fuit. ꝛ ergo minoꝛ deberet sic foꝛmari ꝛ soꝛtes fuit quando non fuit hoc album quod est vel fuit.

Secundum

Ad secundum respondetur. negando ꝙ sit conuersio. quia arguitur ab amplo ad non amplum sine distributione ampli respectu ly album. Sed deberet sic conuerti. ergo soꝛtes fuit album quod est vel fuit.

Tercium

Ad tercium respondetur. concedēdo pꝛimam consequentiam ꝛ negetur secunda. per quam pꝛobatur antecedēs pꝛime nec tenet per regulam. nomina ꝛ verba. ꝛc̄. quia ly incipit in antecedēte dicit inceptionē b̄m quid eo ꝙ ipsum sequitur terminus ꝯnotati

uus.sed in ꝯñte dicit inceptionem simpľr.q̄a ipsum sequitur terminus
absolutus. Sic etiam illa consequētia non valet.album incipit eē sor
tes albus.ergo albū incipit esse sortes quia hoc totū sortes albus sequi/
tur ly incipit quod est termiuus connotatiuus.Sic etiā nō arguitur a ꝑ
te in modo ad totum.q̄a arguitur a dicto ꝫm quid ad dictum simpliciť.

Correlariū.non sequitur hoc fuit sortes.ꝛ hoc fuit non albū.ǵ nō al/ Declarat aliq̄s ꝯñas
bū fuit sortes Quia arguitur.a non amplo ad amplum cuꝫ distributō Prima
ampli ratione ly non album in minore ꝛ in cōclusiōe. Correlariū. Il Secunda
la est bona ꝯña.aliꝺ ab albo fuit sortes ǵ nullū albū fuit sortes.Et non
seq̄tur ꝓbādo añcedēs ħ fuit sortes.ꝛ ħ fuit aliꝺ ab albo. ǵ aliꝺ ab albo
fuit sortes qꝛ rōe ly albo arguiť a nō āplo ad āplū cū distributiōe āpli.

Correlariū. Illa ꝯña ē bona albū fuit sortes.ergo albū nō fuit sortes Tercia
quia ꝯñs est necessarium.quia eius ꝯ̄dictoria est impossibilis.omne al
bum fuit sortes qꝛ qñ sortes est albus tunc materia sua etiā ē alba.ꝛ ta/
lis non est sortes. Unde materia prima proprie est alba.quia album est
terminus de tercia specie qualitatis ꝛ denominat subiectū tam ratione
inhesionis q̄ꝫ denominatiōis.Sed conceditur ad talē sensum.omne al/
totale fuit sortes. Correlariū. Illa consequentia non valet. albū fuit Quarta
sortes.ergo albedo fuit in sorte.q̄a in casu sophismatis.antecedens ē veꝝ
ꝛ ꝯñs falsum.Sic etiā illa nō valet.sortes fuit albū.ergo albū fuit sortes
vt si pri⁹ iude⁹ fuisset alb⁹.ꝛ iā prio baptisareť ꝛ vocareť sortes. Antece/
dens eēt veꝝ ꝛ ꝯñs falsum. Ideꝫ dicať de ista.sortes fuit homo.ergo hō
fuit sortes. Correlariū. Illa nō valet.albedo fuit.ergo albū fuit siue al Quinta
bedo capiatur absolute siue connotatiue q̄a si albedo vt tria fuisset in ali
quo subiecto ꝛ nulla alia albedo fuisset tunc omnis albedo fuit capien/
do connotatiue ꝛ tamē tunc nullū albū fuit. Si autē capiť absolute tūc
si deus seruasset sufficientem albedinem.ita q̄ nullum subiectū habuis/
set in se albedinem tunc antecedens eēt verum ꝛ consequens falsum.

Sic etiā illa nō valet.albedo fuit.ergo albedo fuit albedo.q̄a si ꝑtes
graduales prius fuissent seperate.ꝛ iam primo vnireńť.antecedens eēt
verum ꝛ consequens falsum. Correlariū. Illa ꝯña non valet.albuꝫ Sexta
fuit sortes.ergo albedo fuit sortes. Nec tenet per regulam.per locum a
coniugatis.Quia regula intelligitur de concretis ꝫm sub ꝛ supra quidi
tatiue.vel regula tenet in predicatione essentiali quod idem esset. Sed
illa omne album fuit sortes.ergo homo est asinus.bene valet quia ante
cedens est impossibile.quia impossibile est quod compositum sit albuꝫ
ꝛ non materia eius.quia materia proprie est alba ratione inhesionis.
Sed illa omne album est omne album.ergo homo ē asinus nō valet qꝛ
in casu q̄ solum res indiuisibilis alba esset.antecedens esset veꝝ ꝛ ꝯñs
falsum.Sed quando dicitur antecedens est falsum. quia in ea enūciať
vniuersale vniuersaliter sumptum.ꝛc̄.ergo ex regula Respondetur.q̄ re
gula intelligitur quando tale vniuersale habet actu plura supposita.

Correlariū. Illa ꝯña sortes est albissimus ꝛ summa albedo est.ergo Septima
sortes est summa albedine albissimus non valet vt si sortes esset albus

vt octo. ꝛ oēs alie res solum vt septē ꝛ sūma albedo esset extra subiecum
8 antecedens eēt verꝝ ꝛ ꝯn̄s falsum. Correlariū. accidentis bn̄ est acci//
dens denoīatiue vt pꝫ de magnitudine q̄ denoiaꝛ eē magna sꝫ nō cuius
libet vt pꝫ de illis q̄ denoīant p̄cise rōe inhesiōis q̄re albedo nō ē alba.

Utrum diffinitio ampliationis sit bona. Notanduꝫ
ꝙ in illa qōe ille termin⁹ ampliatio stat materialiꝛ ꝛ supponit ꝓ se ꝛ sibi
siꝉi. Et sic sensus est. vtrꝫ diffinitio istius t̃mini ampliatiōis vꝉ sibi siꝉis
sit bona. Scd̄o notādū. ꝙ diffinitio de q̄ querit qō quā mouet hugo
est ipsius marsilij. Et taꝉ suppositio termini ꝓ suis significatis respectu

Diffinitio d̄ rigore nō valet

diuersoꝝ temporꝝ indifferenter. Et illa diffinitō nō valet de rigore. quia
sequereꝛ ꝙ nullus termin⁹ ampliareꝛ. q̄a nullus suppōit respectu diuer//
soꝝ temporꝝ. ex quo ly tp̄oꝝ iam de rigore accipiꝛ ꝓ termino p̄me inten//
tionis ꝛ ꝓ tp̄e reali. mō tp̄us reale nō ingrediꝛ ꝓpositionē. Etiam si ille
particule caperenꝛ logicaliꝛ adhuc nō valeret. qꝛ seq̄reꝛ ꝙ ly homo ī ista
hō ē et fuit ampliareꝛ, put est vna cathegorica de copulata copula. quia
supponit respectu diuersoꝝ tp̄oꝝ copulatim̄. ergo supponit respectu di//
uersoꝝ temporꝝ. Correlariū. in p̄dicta diffinitione ly respectu regitur
ex vi cause. sꝫ ly diuersoꝝ tp̄oꝝ regiꝛ ex vi idemptitatꝫ q̄a respectus diuer
soꝝ tp̄oꝝ a p̄te rei est ipsū signū met importās differentias tp̄oꝝ diuer//

Nullus termius fict⁹ ampliatur

sas. Correlarium. nullus terminus fictus potest ampliari vt sic. quia
quilibet talis supponit solū ad vnam differentiam tp̄is scꝫ imaginatur
q̄a significant rē q̄ nō pōt esse vt chimera hircoceru⁹ tragelaphus. Cor//
relariū. Terminus discretus etiā accipiꝛ pro suis significatis et hꝫ signi
ficata. lꝫ nō vniuoca sed equiuoca ꝛ talia sunt eq̄ bn̄ significata sicut vni//

Significatū termini

uoca. Pro q̄ est aduertendū. ꝙ significatū termini ē res que ē vel fuit
vel erit vel potest esse vꝉ potest imaginari eē quā talis terminus signifi//
catione totali significat. vel omittantur ille differentie ꝛ dicaꝛ sic. significa
tum termini est res quā terminus significatōe totali significat. Et sic ille
due ꝓpōnes differūt. significatū termini est res. Et res est significatuꝫ
termini. q̄a in secunda ly res ampliatur ad quinꝙ differentias temporū
q̄a ly significatum īportat actū anime interiorē. in prima vero nō amplia
tur. Sic etiam antichristus ē significatū illius termini homo. lꝫ nullum
significatum illus termini homo sit antichristus. Dr̄ notanter significa
tione totali. q̄a sortes non est propriū significatum illius copulati sortes
ꝛ plato q̄a hoc totū copulatum significatōe totali nō significat sortē. sed

Significata termini

sortē et platonē simul. Sꝫ significata termini sūt res quaꝝ quālibet
talis terminus significatione totali significat vt plures homines sūt sig//
nificata huius termini homo. Sed due medietates sortis non sūt signi
ficata huius termini sortes quia non quālibet earum significat. lꝫ ābas
siꝉ. Ergo non valet consequentia. illa duo significantur ꝑ illuꝫ termi//
num ergo illa duo sunt significata illius termini. qꝛ aliqua plura bene si

Differentia tp̄aꝉ ē duplex

gnificant copulatim vt vnū significatū. Consequēter notandū. ꝙ dif
ferentia est duplex scꝫ realis ꝛ logicalis. Differentia tp̄alis realis nō est
aliud nisi vna pars temporis differens ab alia. vꝉ ē ipsum tempus met
qō differt ab illo. Et de illa nō est ad propositū. Sed differentia tp̄alis

De Amplia. secunda qō

Differētia tꝑalis logicalis.

logicalis. de qua ad ꝓpositum Est signū nihil importans substratiue nec cōnotatiue ꝑter tempus ꝑ modū presentialitatis ꝑteritionis vel futuritionis vel possibilitatis ⁊ vt sic nō importans tēpus ꝑ modū mensure distantie vel indistantie Quod dr ꝓpter illos termios annus dies ⁊c. Sic etiam hodie ⁊ heri importāt tempus ꝑ modū distantie vel indistantie. Similiter ꝙ currit qui legit nō est differentia tꝑalis. licet bene includant differentiā. Exprimitur aūt differētia tꝑalis cōiter per talia signa qd est qd fuit qd erit.

Conceptus tꝑalis.

Sed cōceptus tꝑalis est terminus naturaliter ꝓprie cōnotans tēpus vel importans tēpus ꝯnotatiue. vt in tꝑe presenti in ꝑterito tꝑe ⁊c. Et dr nō cōnotans tēpus ꝑ modū mensure. ꝓpter talia signa. in anno. in mense. ⁊c. Et tales ꝯceptus tꝑales videlicȝ ponuntur solum in mēte non in voce nec in scripto. Et tales cōceptꝰ sunt simplices in mente licet cōplexe exprimantur. sepius tñ vnū ponitur ꝓ reliꝗ.

Signū importat diuersas dr̄as tꝑm tribus modis.

Et iterum nota ꝙ signū dicitur importare diuersas differentias tēporum tribꝫ modis. Formaliter tantū. vt illud qd apud grāmaticū est diuersoꝝ temporꝝ. vel qd est aggregatū ex ꝟbis que apud grāmaticum sunt diuersoꝝ tꝑm.

Primo.

Exemplū primi. vt legit qd est pn̄tis et ꝑteriti tꝑis. Secundi est vel fuit.

Secūdo.

Secūdo virtualiter tm̄. vt illud qd apud grāmaticum nullius est tꝑis. nec etiā est aggregatū ex hmōi dictionibꝫ que important sic diuersas differētias tꝑm. qd tñ est signum illius ꝙ intellectꝰ accipit terminū in ordine ad ip̄m ac si secum expresse poneretur aliquod signum qd importaret diuersas differentias tꝑm. vt noīa verbalia in tiuum ⁊ bile terminata. ⁊ multe alie dictiones que apud grāmaticū nullius sunt tꝑis.

Tertio

Tertio formaliter ⁊ ꝟtualiter simul. vt illud qd importat vnam vel plures formaliter ⁊ aliā ꝟtualiter soluȝ vt ꝟba ꝑteriti et futuri tꝑis. etiā ꝑticipia. vñ ly fuit importat tēpus ꝑteritū formalr ⁊ tempus pn̄s ꝟtualiter. Et sic nō valet ꝯn̄a. ille terminus importat plures differētis tēpoꝝ. g̊ significat plures differētias tꝑm. nec ly importare ē inferius ad ly significare. Et debet ly importare capi large vt extendat se ad oīa. qꝛ ꝓprie loquēdo importare ꝟtualiter nō est importare.

De Intellectꝰ diffinitōis.

Debet igitur diffinitio vna cū diffinito sic poni. Ampliatio est suppositio termini ꝓ suo significato vel suis significatis respectu signi importantis diuersas differentias temporꝝ in ordine ad talem terminū sic supponēteȝ respectu pluriū eaꝝ disiunctim. Et capitur ly ampliatio ꝓ termino ꝙ ampliatur passiue. Dr̄ ꝓ genere diffiniti supposito. Et sic patet ꝙ nullus terminus nō supponēs ampliatur.

Ampliatio differt ab ampla acceptiōe.

Et in hoc sic habetur differentia inter ampliationem ⁊ amplā acceptionē. Nā ampla acceptio est acceptio termini ꝓ suo significato ⁊c. addendo alias ꝑticulas. Vñ ad hoc ꝙ terminus accipiatur amplе nō oportet ꝙ supponat ad diuersas differētias tꝑm imo nec oportet ꝙ supponat. vt patet de ly antichristus. ibi antichristꝰ ē vel fuit. Et ly termini in diffinitōe regitur a ly suppositio ex vi identitatis et sic suppositio termini est terminus met supponēs. Dicitur ꝓ suo significato ꝓpter termios discretos. Dr̄ ꝓ suis significatis ꝓpter termios cōmunes. Dr̄ respectu signi. ⁊ debet capi ly signū ꝓ signo cōplexo vel incōplexo. ⁊ nō oportet ꝙ addatur vel signoꝝ. qꝛ oīs terminꝰ ꝙ ampliatur ille

ampliatur ad minus ꝑ signuꝫ complexū. Dicit͛ importantis ⁊c̃. Uñ

Signū dʒ importare diuersas dr̃as tp̄m.

illud signum dʒ importare diuersas differentias tempoꝝ qđ est signuꝫ
illius qđ intellectus recipit talem terminū in ordine ad ip̄m ad plures
differentias tp̄m acsi expresse secum ponerent͛ plures differentie tp̄ales.

Disiunctim.
Copulatim

Pro quo nota ꝙ hoc fit dupliciter scʒ copulatim ⁊ disiunctim. Dis-
iunctim qñ importat plures differētias tempoꝝ que vt sic nō ꝯiungū-
tur copulatim sed diuisim. Sed cōpulatim tūc qñ tales differentie cō-
iungunt͛ copulatim vt ibi. hō est ⁊ fuit. Dicit͛ in ordine ad talē terminū
quia ly animal nō ampliat͛ in ista. hō fuit animal. qꝛ ly fuit nō impor-
tat diuersas differentias tp̄m ad ip̄m sed solū ad subiectū. Et rō illiꝰ ē
in voce vel in scripto regula Marsilij. Sed in mēte est naturalis modꝰ
cōcipiendi ipsius intellectus q̇ accipit terminū sicut sibi rep̄sentat͛ in vo-
ce vel in scripto. Dicit͛ respectu pluriū eaꝝ supponēs ꝓpter ly adam. ibi
Adam fuit anĩal. ⁊ ꝓpter ly antichristus. ibi antichristus erit animal.
Unde oportet si terminus debet ampliari ꝙ supponat ad minꝰ ad diu-
as differentias tempoꝝ quas tale signum importat. Dicit͛ disiunctim
ꝓpter ly homo in ista homo est ⁊ fuit animal quod nō ampliat͛ ꝓut est

R̃. ad questionem

vna cathegorica. Responsio ad questionē. Diffinitio ampliatōis in-
tellecta modo quo supra est bona. Si aūt titulus sic formaretur Utꝝ
diffinitio data a Marsilio sit bona. illa esset falsa đ rigore. Et licet in ea
subiectum supponat qꝛ est terminus ampliatiuus ꝓpter ly data. tamen
extrema non supponūt ꝓ eodem. ⁊ ly marsilius accipit͛ ad tempus pre-
teritum ꝓpter illud ꝑticipiū data. et sic subiectum supponit ꝓ eo qđ nō

Arguitur ꝯ diffinitōnem Primo

est sed fuit. predicatum aūt ꝓ eo quod est. Arguit͛ ꝯtra dicta. Si dif-
finitio staret sequeretur ꝙ ly homo ibi ampliaret͛ homo qui est fuit ani-
mal. ꝓbatur ꝑ totam diffinitōeꝫ. ꝯñs ꝟo falsum est. quia ly homo solū

Secundo

accipit͛ ad copulam minus principalē. Conseqūnter sequit͛ ꝙ iste ter-
minus hō in ista. hō erit ⁊ fuit aĩal nō ampliaretur. qꝛ nō supponit dis-

Tertio

iunctim ad diuersas. ⁊c̃. Cōfirmat͛ Sequit͛ ꝙ ly hō ibi ampliaretur
hō est aĩal. absoluendo copulā a tp̄e. ꝓbat͛. qꝛ in eius equiualente ampli-
atur. nā illa est eius equalēs. homo est vel fuit vel erit vel potest esse ani-

Quarto.

mal in qua ampliat͛. ergo. Et iteꝝ. Ly homo in ista hō est anĩal sup-
ponit ad plures differentias tp̄m. etiam nō absoluēdo. qꝛ supponit ad
est vel fuit ⁊ omne est vel fuit importat diuersas differentias temporū.
ergo supponit ad diuersas differētias tp̄m. ⁊ maior ꝓbatur. qꝛ suppo-
nit ad est. g̊ supponit ad est vel fuit. tenet consequentia a parte disiun-

R̃. ad primum

cti ad totum. Ad primum respondetur. capiendo ly qui est pure dif-
ferentialiter ⁊ non restrictiue. cōcedendo ꝙ ly homo ampliatur. nec tūc
ly homo accipitur ad copulam minus principalem. sed solum ad copu-
lam principalem. ⁊ sic valet illam. hō fuit aĩal. Capiēdo aūt restrictiue
tunc nō ampliat͛ qꝛ sic accipit͛ ad copulā minus principalem solū. ⁊ hoc
ſm Marsiliū q̇ tenet ꝙ differentie temporales sint partes extremorum
tunc hoc totum est subiectum. homo qui est. ⁊ hoc totum ampliat͛ per
ly fuit. licet ly homo nō ampliat͛ per ly fuit. Sed ſm aliā viam solum ly

R̃. ad secundum.

homo est subiectum. ⁊ iterum nō ampliatur. Ad secundum respon-

detur concedendo ꝙ ly homo ampliaẛ ⁊ supponit disiunctim ad differẽtias diuersas tpm. licet ibi ponaẛ cõiunctio copulatiua. tamẽ talis non capitur ꝓ copula principali cõiungẽte precise ista ṽba expresse vel implicite inclusa circa ly fuit. valet em̃ ꝓpositio tantum homo qui est vel fuit fuit ⁊ erit animal. Unde aliud est dicere homo est ⁊ fuit vel erit aĩal. ⁊ homo est vel fuit ⁊ erit aĩal. Nam ista est vera. antichristus est ⁊ fuit vel erit animal. ⁊ illa est falsa. antichristus est vel fuit ⁊ erit aĩal. vt patet

Ad tertium

Ad tertium respondeẛ. negando assumptum. Ad ꝓbationẽ dicẽdũ est ꝙ talis propositio nõ valet aliaꝫ formaliter sed virtualiter. ⁊ quo ad verum ⁊ falsum. Et terminus in propositione cuius copula est absoluta a tempore diciẛ capi improprie ad quinqꝫ differentias tẽpoꝝ. q2 non accipiẛ ad presens preteritum nec futuruꝫ. ⁊ sic non esset ratio quare potius acciperetur ad vnam q̃ꝫ ad aliam. Tamẽ terminꝰ bene ampliatur in ꝓpõne cuius copula est ablsoluta a tempore. sed nõ per talem copulã quia talis nullam differentiam temporis importat sed ampliaẛ per alium terminum. vt ly homo in illa. homo est mortuus absoluendo copulam.

Ad quartum

Ad quartum respondetur. distinguendo quia vel ly est vel fuit capitur materialiter. tunc negetur assumptum. nec tunc valet ꝓbatio a parte disiuncti ad totum. quia tunc hoc totum est vel fuit non est disiũctum. sed est vnum nomen materialiter captũ. Si aũt ly vel capitur ꝑsonaliter. ⁊ ly est ⁊ fuit materialiter tunc cõcedatur cõsequentia. ⁊ negetur minor videlicet ꝙ omne est vel fuit importet diuersas differẽtias tẽporum. Si autem minor formaretur personaliter iterum non valeret. quia argueretur ex puris particularibus. Si autem ly est capitur personaliter ⁊ ly fuit etiam. tunc ipsa est incongrua. quia illa prepositio ad nõ habet deseruire illis verbis. Correlarium. dicendo sic. Hõ currit vel curret. si verba sunt incomplexa tunc ambo extrema ampliãtur ⁊ sic idem ampliat seipsum. Correlarium. Subiectum illius nõ ampliatur sortes amat vel amauisset. quia non est propositio. Correlarium. dicendo sic. Ade ꝯceptꝰ est in corde meo. ly ade ampliaẛ per ly cõceptus. ⁊ non oportet ꝙ sequatur illum terminuꝫ cõceptus quo ad ampliationem. licet bene requiratur quo ad appellationem. Correlarium. dicendo sic. Maria assumpta est in celum. ly maria ampliaẛ ⁊ habet significatũ correspondens ad est ⁊ ad fuit. q2 credimus ꝙ maria cuꝫ corꝑe ⁊ anima sit in celo. Correlariũ. Ille due stant simul ante creationem mũdi nihil fuit. ⁊ ante creationem mundi deus fuit. quia in secunda de rigore logice copula absoluitur. ex quo subiectum in ea significat rem adequate independentem. Correlarium. dicẽdo sic Aliud a vero erit verum ⁊ aliud a vero est verum. in illis duabus sunt duo termini supponentes. quoꝝ vnus ampliaẛ ⁊ alter nõ. ⁊ ille qui ampliatur supponit ꝓ paucioribꝰ q̃ꝫ ille q̇ nõ ampliaẛ Correlarium. Subiectũ illius instans vel adã erit ampliaẛ ⁊ nec ꝓ instanti nec ꝓ adam sed ampliatur disiunctim ꝓ illis. Sic patet ꝙ aliquod totum ampliatur cuiꝰ nulla ꝑs ampliaẛ. Correlarium. dicẽdo sic. sol est sol fuit. ly sol in ambabus supponit ꝓ eq̃ multis. ⁊ tñ in vna ampliatur ⁊ in alia non

Sophisma.

Casus sophismatis. Omne creans necessario est deus. Notandum ꝙ ca
sus sophismatis est ꝙ deus actu nihil creet ⁊ immediate post hoc crea=
abit. hec copulatiua in re est casus sophismatis. ⁊ ponit᷑ casus ꝓpter in=
uestigare virtutē ⁊ cōnotationē illius termini creans. vel etiā ꝓpter de=
Creās capit᷑ dupl᷑r. notationem illius modi necessario. Secūdo notandū ꝙ ly creans ca=
pit᷑. dupl᷑r scʒ noialiter. ⁊ tūc est illud qḋ natū est creare. Alio mō parti
cipialiter vicʒ ꝑ illo qḋ actu creat ⁊ dupl᷑r scʒ large ⁊ stricte. large ꝑ quo
libet depēdente vel independēte creante. Et tūc creans dr̄ illud qḋ ꝓdu
cit aliquid ex nihilo nō curādo an hoc sit virtute ꝓpria vel alterius. ⁊ sic
angelus pōt esse creans etiā hō. Alio mō stricte vicʒ solum ꝑ creāte in=
dependēte: ⁊ tale est creans qḋ producit aliquid ex nihilo virtute ꝓpria
Creās pōt diuersa de ⁊ sic solus deus est creans independēs. Tertio notandū ꝙ ly necessa
terminare. rio in questione pōt determinare ly creans vel copulā vel etiam p̄dicatū
℟. ad sophisma. ⁊ ſm hoc diuersificabit᷑ veritas sophismatis. Est ergo responsio ad
Primo. sophisma ⁊ multiplex ſm diuersos eius sensus. ⁊ primus ꝓut ly neces=
sario determinat copulam. ⁊ copula absoluit᷑ a tpe. vel importat intrin=
secam duratōeʒ rei. sic sophisma est verū ⁊ necessariū. ⁊ eiꝰ subiectum ve
rificat᷑ sic. hoc est possibiliter creans sed p̄dicatū sic hoc necessario est deꝰ
⁊ subiectum nō verificat᷑ sic. hoc ē nec ssario creans. Quia ē regula cō=
munis Predicatū verificat᷑ mediāte copula determiata taliter ⁊ nō sub
Secundo. iectū. ⁊ sic sophisma est in materia cōtingenti Secundus sensus ꝓut
ly necessario determinat ly creans tūc sophisma est falsum ⁊ impossibi=
le quoqȝ mō accipiat᷑ ly creans. qꝛ subiectum ꝑ nullo supponit. ⁊ vt sic so
Tertio phisma est in materia remota. Tertius sensus ꝓut ly necessario det᷑=
minat copulam ⁊ copula importat tēpus sic ꝙ nō absoluit᷑ a tpe. sic so=
phisma iterū est falsum ⁊ impossibile. ⁊ est in materia remota. Et tunc
valet sophisma tantū. omne creans necessario in tpe est deus qḋ ē falsū
ex quo nullū tēpus est necessariū. Sed ꝙ cōiter conceditur in isto sensu.
hoc est ꝓut copula importat intrinsecā durationem rei. vel ꝓut absolui
Quarto tur a tempore. Quartus sensus est capiēdo ly creans large vicʒ tam
ꝑ creante dependente q̄ȝ independente q̄cq̄d etiaʒ determiat ly necessa=
rio p̄ter hoc ꝙ copula absoluit᷑ a tpe sophisma ē falsum ⁊ impossibile
Arguitur ꝯ Sophis de angelo vicʒ. Contra dicta arguit᷑. Sophisma in sensu cōcesso ē fal
ma. Primo: sum. ergo. qꝛ ex eo sequit᷑ falsum. qꝛ sequit᷑ bn̄. omne creans necessario ē
deus. ergo tm̄ deus necessario est creans. tenet ꝯña ab vl'i ad eius exclu
Secundo. siuam in terminis transpositis. Cōfirmat᷑. Omne creans necessario
est deus. ⁊ nullum creans est deus. ḡ deus nō necessario est deus. tenet
Tertio ꝯña in felapton. Cōfirmatur Cōtradictoria sophismatis est vera.
ergo sophisma falsum. Probatur. Illa est vera Creans possibiliter nō
est deus. ꝓbatur. qꝛ deus possibiliter nō est creans. ḡ creans possibilit᷑
Quarto non est deus. tenet ꝯña per cōuersionem Et iterum. Omne creans
necessario est deus. ⁊ deus cōtingenter ē creans. ḡ deus contingēter est
Quinto. deus. tenet consequentia in darij. Et iterū. Omne creans necessario ē

deus. ⁊ nulla prima causa necessario est creans. ergo deus possibiliter
non est prima causa. tenet ꝯña in fapesmo Ad primum respondetur ℞. ad primum.
negando ꝯsequentiam. quia arguendo ꝑ regulam tūc modus vniuer-
salis debet mutari in modum particularem Debet ergo sic argui ergo
tm̄ deus possibiliter est creans Ad secundum respondet̄ negando ꝙ Ad secundum
sit in felapton. quia medium in ꝑmissa negatiua non ita late negatur si-
cut in premissa affirmatiua affirmat̄. sed mior deberet sic formari. ⁊ nul
lum creans possibiliter est deus. ⁊ illa est impossibilis. Ad tertiū ne Ad tertium.
getur assumptum. Ad ꝓbationem neget̄ consequentia. nec est cōuersio
quia illa deus possibiliter nō est creans est vna in edentuli. ⁊ tales non
sunt cōuertibiles ꝓprie ⁊ formaliter. Ad quartum respondetur. capi Ad quartum
endo ly cōtingenter vt conuertitur cum ly possibiliter cōceditur cōseque̅
tia. quia antecedens est impossibile. sed cōsequens est verū. quia non va
let tantum. deus possibiliter est deus. capiendo aūt ly cōtingenter vt di
cit contingentiam ad vtrumlibet tunc neget̄ consequētia. nec est in Da
rij. quia minor et conclusio sunt propositiones hypotetice. et tunc cōclu
sio est falsa. ⁊ valet illam hypoteticam. deus potest esse deus. ⁊ deus po
test non esse deus Ad vltimū respondetur negando ꝙ sit in fapesmo Ad quintum.
quia minor non est sufficienter vniuersalis. quia ex parte modi est par-
ticularis. ex quo modus vniuersalis negat̄. Sed minor deberet sic for-
mari. nulla prima causa possibiliter est creans. Correlariū. Non seq̄ Declarat aliquas cō-
tur. Illud creans nō est deus. ⁊ illud creans possibiliter est deus. ergo sequentias. Primo
deus possibiliter nō est deus. quia medium nō accipit̄ ad easdem diffe-
rentias tempor̄. Correlariū. Non valet ꝯña. deus necessario est oi- Secundo.
potens. iustus. bonus vel misericors. ergo deus necessario est creās. q̇a
variatur modus determinādi huius signi qḋ est necessario. Et ad hoc
est regula. Omnis propositio cuius ꝑdicatum est terminus accidenta
liter cōnotatiuus importās opatōem extrinsecam vel ab extra ⁊ non im
portans potentiam ad intra cuius copula determinat̄ solum ꝑ ly neces
sario que est affirmatiua. ⁊ cuius subiectum significat adequate rem in
dependentem. hoc est dominū deum. talis est falsa. Correlariū. oēs Tertio.
iste sunt false deus necessario est passus. deus necessario est mortuꝰ. deꝰ
necessario ē crucifixus. Sed ille sunt vere. deus necessario est bonus. de
us necessario est misericors. deus necessario spirat. deus necessario ē iu
stus. q̄r illi termini nō important opatiōem extrinsecam vel ad extra. sic
etiā illa est vera. deus nō necessario nō est creans. q̄r iam copula nō de-
terminatur solū ꝑ ly necessario. sed ꝑ hoc totū nō necessario nō. Cor Quarto.
relariū Illa ꝯña est bona. creans est. g̊ creabile est. sed illa. creans est. er
go non creans est capiendo negationē infinitanter est bona ꝑcipue po-
nendo ꝙ dominus deus nō possit alicui rei actum creandi cōicare Sic
etiam illa est bona. creans est g̊ increabile est. sed ista nō valet. creans ē
ergo increabilia sunt. quia ꝯsequens de facto est falsum. quia oppositū
eius verum. videlicet. nulla increabilia sunt cuius subiectum pro nul-
lo supponit. quia nulla increabilia sunt licet increabile sit videlicet do-
minus deus.

Circa regulas ampliationum est notandum q ipse vt ponunt de rigore verbo non sunt bene posite. qz secundum primam regulam sequeret q ly homo in ista. homo qui fuit est animal ampliaretur. quod est falsum. Sunt tamen vere propositiones quia sunt particulares quarum extrema supponunt pro eodem. Et sic aliud est dicere. hoc est verum vt regula. et hoc est verum vt propositio. Quia ad hoc q aliquid sit verum vt regula oportet q sit vniuersaliter verum. Et sic communiter dicitur q omnis regula sit vniuersaliter vera. et hoc est verum vt regula. Sed ad hoc q regula sit vera vt propositio tunc non semper oportet q sit vniuersaliter vera. sed sufficit q sic sit sicut sincathegoremata posita in ea denotant.

Hñs ſcatū ſibi correſpondens.

Vlterius notandum. q in regulis dicitur. habens significatum sibi correspondens. Pro illo est sciendum q illud significatum dicitur correspondere verbo ad certam differentiam temporis. pro quo talis terminus seorsum adequate ad illam differentiam temporis acceptus est verificabilis. Et in omnibus regulis debent addu ci due particule. quarum prima est habens significatum sibi correspondens. etc. Secunda q non restringatur ad pauciores differentias temporum. Et terminus dicitur poni a parte subiecti in composito qui ponitur ante copulam principalem siue sit pars subiecti siue predicati. et capitur ly terminus ibi sicut in diffinitione simplicis propositionis.

Est igitur nunc prima regula. et debet sic intelligi.

Quilibet terminus positus a parte subiecti respectu verbi preteriti perfecti temporis quod est copula principalis. vel talem includens habens significatum vel significata sibi correspondens vel correspondentia pro tempore presenti et preterito ampliatur pro eo quod est vel fuit. nisi restringatur ad pauciores differentias temporum. Dicitur notanter positus a parte subiecti. qz dicendo sic equum vidit homo. ly equum ampliatur. et tamen non est pars subiecti sed predicati. Dicitur quod est copula principalis. qz ly homo in ista. homo qui fuit est animal non ampliatur. ex quo ly fuit non est copula principalis. Dicitur perfecti temporis. qz terminus respectu verbi imperfecti preteriti temporis ampliatur pro eo quod est et erat. Sed respectu plusquamperfecti temporis pro eo quod est et fuerat. Dicitur. vel talem includens propter verba adiectiua preteriti temporis prout sunt complexa. talia enim non sunt copule principales. sed includunt copulam principalem. scilicet verbum substantiuum. Dicitur nisi restringatur etc. per hoc innuitur q ly homo in ista vel consimili. homo qui est fuit animal. Similiter homo qui erit fuit. similiter homo qui fuit fuit animal non ampliatur. Et terminus acceptus sic a parte subiecti iuxta regulam solum ampliatur ad est vel fuit. et hoc dummodo tale verbum habet solum ampliare propter hoc quod est preteriti perfecti temporis. Quod dicitur notanter. quia ly venientem in ista ampliatur ad quinque differentias temporum. sortes venientem cognouit. sed hoc est ideo. quia est verbum significans actum anime interiorem. et non fit hoc ideo quia est preteriti temporis.

Secunda regula. Terminus a parte subiecti positus

respectu verbi futuri temporis quod est copula principalis. vel talem includens habens significatum vel significata sibi correspondens vel correspon

dentia pro tpe presenti ⁊ futuro ampliatur pro eo qđ est vel erit nisi re-stringatur ad pauciores differentias tempoꝝ. Ista regula intelligatur omni pacto sicut prima. Circa quam mouetur sophisma tale.

Sophisma.

pellare quo ad conceptum. qđ signum est terminus positiuus. ad vnā ꝓpositionem in qua ponitur talis terminus vel sibi sinonimus non appellans suam rationem adequate ad idem tempus acceptus. siue talis terminus distribuatur siue non est bona consequentia ⁊ formalis. Unū bene sequitꝛ. ego cognosco venientem. ergo oēm venientem cognosco. Dicitꝛ respectu ⁊c. ad excludendum signa que appellant quo ad assensum vel dissensum. vel quo ad actum voluntatꝫ. Dicitur qđ signum est terminus positiuus quia non sequitur ego ignoro motum ergo omnez motum ignoro. Unde si haberem conceptum illius termini ens. ⁊ nō conceptum illius termini motus. antecedens esset verum ⁊ consequens falsum. Sed cum talibus terminis priuatiuis bene valet consequentia econuerso. arguendo a non appellato ad appellatum. vt bene sequitur ego motum ignoro. ergo ego ignoro motum. ego venientem nō cognosco. ergo ego non cognosco venientem. Dicitur ad idem tempus ⁊c. qꝛa non sequitur. ego cognosco chimeram. ergo omnem chimeram que est cognosco.

De positione

E materia positionis propositionum in esse. Notandum ꝙ refert dicere ꝓpositio in esse ⁊ ꝓpositio de in esse. ⁊ ꝓpositio ponibilis in esse. Unde ꝓpositio in esse est ꝓpositio cuius copula principalis est pñtis temporis. Sed propositio de in esse est ꝓpositio cuius copula principalis ⁊c. vt in primo tractatu. Sed propositio ponibilis in esse de qua ad propositum est propositio cuius copula principalis est ampliatiua. Et sic solum propositio de preterito. futuro. vel possibili dicitur ponibilis in esse. Sed ꝓpositionem poni in esse proprie vt ad propositum est copulam ampliatiuaz mutari in nō ampliatiuā seruatis regulis de hoc datꝫ.

Propositio in esse

De inesse.

Ponibilis inesse.

Regula prima.

Prima. Qñ in ꝓpōne ponibili in esse a pte subiecti ponitꝛ terminus cōīs siue singularis vel etiam absolutus qui supponit pro aliquibus coniunctim ꝑ quibus non supponeret diuisim. talis debet mutari in pronomen demonstratiuum demōstrans suū significatū. vel etiā in terminū absolutuz significantē suū significatū vt albū fuit sortes sic ponitꝛ in esse hoc ē sortes.

Secūda.

Secunda regula. Qñ in ꝓpōne ponibili in esse ponuntꝛ determiationes sibi mutuo repugnantes. tunc tales a parte subiecti debent dimitti in illis de in esse. vt illa sortes habens pedes potest esse sine pedibus sic ponitur in esse. sortes est sine pedibus.

Tertia

Tertia regula. In propositione ponibili in esse predicatum quo ad modum significandi principalem debet manere inuariatum: vt illa. sortes fuit albus sic ponitur in esse. sortes est albus.

Quarta.

Quarta regula. Qñ in propositione ponibili in

esse ponit determinatio tpalis nõ ꝯpetens verificationi ꝓ pñti tunc de
bec mutari in aliã determiationem. vt sortes heri legit. sic sortes legit il
Quinta. lo tpe. Quinta regula. Si in ꝓpõne ponibili in esse ponit verbũ re/
strictũ hoc mutari põt in verbum alterius tpis. vt sortes põt plura sci/
re q̃ scit. sic ponitur in esse. sortes scit plura q̃ sciuit. Et nõ sic. sortes scit
plura q̃ scit. nec sic. sortes scit plura q̃ sciet. qꝛ illa est impossibilis.

Sexta Sexta regula. Qñ in ꝓpõne ponibili in esse ponit terminꝰ distribu/
tus talis debet poni in esse ꝑ singulares incõiuncti sumptas ꝑcipue qñ
signũ distribuens nõ est ps extremi. vt oẽ signũ zodiaci põt esse sup no/
Septima. strum hemisperiũ sic ponit. hoc signũ zodiaci est sup ⁊c. Septia re/
gula. Qñ in ꝓpõne ponibili in esse ponit copulatũ tũc talis debet poni
in esse ꝑ vnam copulatiuã. vt ego vidi petrũ ⁊ iohannem. sic. ego video
petrum ⁊ ego video iohannẽ. Ulterius notandum q̃ veritas ꝓposi/
tionis in esse nõ arguit veritatem ꝓpõnis ponibilis in esse. vt nõ sequit
illa in esse est vera. g̃ etiã illa cuius est in esse est vera. nam illa est vera.
sortes est hõ. in casu in quo primum instans esset sortis. ⁊ tamen eiꝰ de
preterito est falsa videlicꝫ sortes fuit homo. Sed valet materia pñs ad
hoc. quia veritas illius de preterito arguit suam in esse penes quã attẽ
ditur sua veritas qñq̃ fuisse veram si fuisset formata. Et veritas illius
de futuro arguit suam in esse fore veram. ⁊ veritas illius de possibili ar
guit suam in esse esse possibilem ⁊c.

Sophisma.

Ego cognosco venientem Notandum pro sophis/
Casus sophismatis ẽ triplex. mate q̃ casus sophismatis est triplex. Primus realis. ⁊ talis q̃ sit rei
veritas q̃ plato veniat me ignorãte ⁊ q̃ ego cognoscã platonem ⁊ ñ ha/
Primus realis. berem ꝯceptum illius termini veniẽs. illa copulatiua in re est casus rea
lis sophismatis. Correlariũ In casu stat ignorante ⁊ nõ nesciente. qꝛ
lapis nescit ⁊ tñ nõ ignorat. qꝛ nõ est natus scire. Correlariũ. Hugo
ponit casũ ꝓpt scire difficultates ꝓpõnũ in q̃b ponunt termini appellã
tes suam rõnem. Correlariũ. Ly ego in mentali sophismatis nõ est
subiectum sophismatꝫ sed sufficit q̃ eius sinonimum scilicet sortes si ipse
demõstrat. Et sic sophisma est singularis. qꝛ in eius mẽtali subijcit ter
minus discretus vel cõis sumptꝰ cũ ꝓnoĩe demõstratiuo primitiuo.
R. ad sophisma. In illo casu rñdet ad sophisma q̃ sophisma huic q̃ demõstrat ꝑ ly ego
nec est verũ nec falsum neq̃ habet respõdere ad sophisma tanq̃ ad ꝓpõ/
nem. qꝛ non est sibi ꝓpõ. quia ipse nõ intelligit sophisma. qꝛ si intellige/
ret tunc haberet mentalem sophsimatis. ⁊ si sic tunc etiam haberet con/
ceptum illius termini veniens qđ est cõtra casum. Etiã si deberet dmõ
stratio esse verum vel falsum oporteret q̃ assentiret vel dissentiret ei. mõ
noticia assensiua vel dissensiua ꝑsupponit noticiam apprehensiuam q̃
est significatio terminoꝝ. mõ sic nõ est de demonstrato. Sed tñ alteri q̃
non demonstratur ꝑ ly ego sophisma est falsum. saltem qui habet con/
ceptum illius termini veniens et intelligit quid significat.

De appellatione Ratiõis

Secundus casus est obligisticus

Secundus casus ē obligisticus ꝛ nõ realis talis videlꝫ ꝙ sit rei ꝟitas
qꝺ demõstratus habeat conceptũ illius termini veniẽs. etiã eius men/
talis sed tamẽ sibi ponatꝛ obligistice qꝺ non dꝫ habere ꝯceptũ illius tmi
ni veniẽs. vt ponatꝛ sibi talꝛ vel ꝯsimilis ꝑpõ. tu nõ habes ꝯceptũ veniẽ/
tis. ꝛ qꝛ talis casus est possibilis. ꝛ non repugnat prius posito ipse ē ad
mittendus. Et in tali casu lꝫ sophisma in re sit verum tamen demõstra
tus dꝫ negare non tanꝗ̄ falsum. sꝫ qꝛ oppositũ est sibi positũ qꝛ repug/
nat posito. Et respondendo ad sophisma vꝛl in ꝯsili materia tenetur ne/
gare omnes propositiones que arguerent ipsum habere conceptum illi
us termini veniens. Et sic tunc sophisma negatur a demonstrato et est
sibi falsum propter oppositũ posituꝫ. Et est in materia contingenti. licꝫ
stante casu obligistico extrema nõ verificantꝛ pro eodẽ tamẽ ipsis non re
pugnat verificari pro eodem. Tertius casus est impositionis ꝛ de ta
li non est multũ ad ꝑposituꝫ. ꝛ talis casus variat bonitatem ꝯñe ꝛ alias

Tercius casus est impositionis

nullus casus quia consequentia semel bona semper bona. Et ē scien/
dum ꝙ cognoscere ē potentiam cognitiuam habere conceptum alicuius

Cognoscere

ꝛ hoc logicaliter. Unde illa consequentia bene valet. ego cognosco veni
entem. ergo omnẽ veniẽtem cognosco. Et in illo casu sortes ꝛ plato am/
bo veniant ꝛ vnum ex eis non noscam adhuc consequens est verꝫ. quia
illa etiaꝫ est vera. ego cognosco regem francie. sibi habeo conceptum illi
us complexi rex francie. ꝛ dato ꝙ nunꝗ̄ viderim eum vt supra. Cor
relarium. canis videns dñm suum non cognoscit eundem quia nullum
conceptum cõmunem format. Si autem poneretur Biridanus ꝙ ver/
ba significantia actus anime exteriores habeant facere appellationem
rationis tunc bene esset veruꝫ. Item casus obligisticus est casus qui

Casus obligisticus

obligat aliquẽ ad defendendũ ꝑpositionem positam et omnes proposi/
tiones que ex illa ꝑpositione in bona ꝯsequentia sequuntur. ꝛ negandũ
omnes repugnantes posito siue sint vere siue false. Arguitur cõtra

Arguitur ꝯ sophisma in scꝺo casu ꝑmo

sophisma in casu obligistico pono ꝛ ꝑpono tibi istam. tu nõ habes ꝯce/
ptum venientis. Deinde pono ꝛ propono tibi istam. sortes est veniens
Deinde pono ꝛ propono tibi istam. tu cognoscis sortem. Deinde pono
ꝛ propono tibi istam. ego cognosco venienteꝫ. Et arguo sic. Tu negas
sophisma. ergo intelligis sophisma. tenet consequentia. quia si non intel
ligeres non posses negare. Et vltra itelligis sophisma. ergo habes mẽ/
talem sophismatis. ꝛ si habes mentalem sophismatis ergo habes con/
ceptum sophismatis. Sed assumptũ principale vicꝫ ꝙ tu negas sophis
ma. quia respondes ad sophisma ꝛ nõ concedis necꝫ dubitas. ergo ne/
gas sophisma. tenet consequentia ꝑ testes. Ad argumẽtũ respondetꝛ

R. ad argumẽtũ

ꝙ stante casu sophismatis admittẽdo ꝑpositiones assumptas in argu/
mento omnes preter illam. ergo cognosco veniẽtem. qa talis repugnat
prius posito. ꝛ sic negetur tanꝗ̄ impertinẽs ꝛ repugnans prius posito.
Et quando arguitur. tu negas sophisma. ergo intelligis sophisma con/
ceditur ꝯña ꝛ negetur antecedens. Ad probationem tu respõdes ad so
phisma. negetur assumptũ. Ad probationẽ cuꝫ ꝑbaretꝛ tu rñdes admit
tatꝛ. Et qñ infertꝛ. ꝛ non ad aliud rñdes nisi ad sophisma negetꝛ. ꝛ qñ que

ritur ad quid respondens respondetur ꝙ non oportet me tibi dicere. Et quando arguitur tu negas sophisma ⁊ probatur per testes. Dicendũ est ꝙ testes nihil faciunt in materia obligisticali. Et sic nunꝙ̃ vnus debet concedere ꝙ negat nec concedet nec dubitet sophisma. quia tunc statim sequeretur ꝙ intelligeret sophisma. Et ꝙ haberet conceptum terminorum in sophismate positorum quod esset contra sibi positum. Et ergo quis respondendo in tali materia potest bene concedere falsum ⁊ negare verum immo potest negare proprium actum non tanꝙ̃ talia. sed tanꝙ̃ repugnantia posito ⁊ potest vnus negare ꝙ respondeat ad sophisma. Et potest dicere. ego nego ꝙ ego negaui sophisma saltem in casu obligistico. licet in casibꝰ realibus ꝓpositionum esset inconueniens ⁊ eēt in meta nugationis. Correlariũ. Illa consequentia bene valet. ego conosco illum venientem. igitur ego cognosco veniētem. quia quandocũꝙ aliquis hꝫ conceptũ totius tunc etiam habet conceptum partis. Si aũt ly illum venientem caperetur incomplexe certe non valeret. Sic etiam illa bene valet. ego cognosco rem que venit. ergo ego cognosco venientem ex eadem causa. Correlarium. Illa ꝯña ego cognosco venientem. ergo ego cognosco veniētes bene valet. Et si ipossibile est significabile tũc non est formalis. qꝛ in simili non sequitur. ego cognosco deum. ergo ego cognosco deos. quia ex consequente sequitur falsum. quia sequitur bene ego cognosco deos. ergo dij cognoscuntur a me. modo iam subiectũ pro nullo supponit. Correlariũ. quando ego habeo conceptum veniētis ⁊ ponatur ꝙ in eternũ non veniat adhuc predicatum supponit ꝓ me. qꝛ ly venientem ampliatur. Correlarium. Deponendo casum obligisti cum sophisma est veruꝫ ⁊ absoluendo copulam erit necessarium Correlarium. ly voluntas non habet facere appellationē rõnis. quia nõ importat actũ quare illa est falsa voluntas ade est. sed illa est vera ꝯceptus ade est. Correlarium. ly venientē ⁊ ly cognosco in sophismate nõ appellant ꝓ eodē tpe verbi. licet sint duo termini positiui accidentaliter connotatiui. ⁊c. iuxta regulam. tamen non accipiuntur adequate ad ideꝫ tēpus. Sed dicendo sic. ego cognosco venientē qui est tunc appellarent suam formam pro eodem tempore verbi. Et tantum de appellationibus

De statu

Irca tractatum status. Queritur vtrum diffinitio status sit bona. Notãdũ ꝙ ille terminꝰ status in proposito capitur ꝓ termino scõe intentõis ꝓ quadã ꝓprietate logicali q̄ attribuit termio vt sic. Et valet materia de statu ad sciēdũ qũo terminꝰ supponat ꝓ q̄libet suo supposito corrñdente sibi ad copulã. Etiã vꝫ ad tollendũ illud dubiũ videlicet terminꝰ vbicũꝙ ponit eꝙ mlta ꝑcat. Scõo notãdũ. ꝙ diffinitio de q̄ qõ q̄rit est marsilij. ⁊ talis suppositio termini ꝓ q̄buslibet suis sup-

Status valet ad duo

Diffinitio status

positis vel pro quolibet suo supposito sibi adequate correspondentibus vel correspondente respectu vnius differentie temporis precise. Et il- la diffinitio de rigore non est bona. qa si ly adequate determinat ly cor respondente sicut de rigore fit sequitur q ly hō in ista. hō ē al' nō suppo ret ḃm statū. q2 non supponit pro suo supposito sibi adequate correspō- dente ad illā differentiā tpis. qa qlibet homo q correspondet sibi ad est. talis correspondet sibi ad fuit erit potest esse Correlariū. ly adeqte di cit exclusionē quo ad alias differentias tpm. z valet tantū sicut soluz.

Diffinitio non valet

Tercio notandū. q suppositū temini large est res pro qua terminus natus est supponere. Sed stricte est res p q terminus capt9 ḃm eūdem conceptū seorsum sine determinatōe āpliatiua z in potentia ppinqua est verificabilis respectu talis copule vel respectu alterius copule facientis ipsum ample stare. Et in tali oratione capitur ly est vt absoluitur a tem pore qa ḃm Biridanū nō oē suppositū termini est. qa chimera ē suppo- situ huius termini chimera. z tn nō ē. Et ḡ ly suppositū hz ampliare ad quinqz differentias tpm. z sic ḃm aliam z aliā differentiā temporis. aliō z aliud est suppositū. q2 antichristus est suppositū huius termini animal in ista. homo erit animal. z tamen in ista non hō est animal. Dr seorsum quia ethiops est suppositū huius termini hō in ista. hō alb9 currit. qa il le terminus homo seorsuz captus in ordine ad illā copulā vificatur pro ethiope. nec oportet q verificef taliter tent9 Dr ḃz eūdez conceptū. q2 homo vnius non est suppositum illius termini homo in ista. homo est pictus vel ibi. homo est species tenendo q figura sit distincta a re figura ta. Dicitur in potētia ppinqua quia ille terminus homo in ista. homo est animal supponit ḃm statū z antichristus non est suppositū suū. licet verificabilis sit pro antichristo. etiam respectu copule de presenti. tamē hoc non est in potentia propinqua. Dr sine determinatione. zc. quia ille terminus homo respectu copule de presenti cum determinatione ampli atiua bene est verificabilis pro antichristo. Sed illud significatū dici tur correspondere termino ad aliquam copulaz pro quo terminus cap- tus seorsum ḃm eundem conceptum ad eandem copulā sine determina- tione ampliatiua et in potentia ppinqua est verificabilis. Et sic pz q nō quilibet terminus supponens suppositione accidentali vel ampliaf vel restringitur vel supponit ḃm statum vicz de ly homo in ista. sortes ē ho- mo mortuus. quod non restringatur patet q2 supponit p quolibet ho- mine mortuo z dēpto ly mortuus supponeret solum pro homine viuo. Et ly homo non supponit ad fuit sed solū ad est z respectu talis copule supponit p eo quod nō ē pter determinationē ampliatiuam. mortu9 nec etiam supponit ḃm statum qa nō supponit p hoīe viuo. Et tamē q libet tal' est suppositū suū. nec etiā ampliaf vt notū est. Dicitur supposi- tōe accidentali. Pro quo est sciendū. q duplex ē suppositio scilicet acci- dentalis z essentialis. Suppositio accidentalis est suppositio termini respectu copule importantis tps vt sic. Sed suppositio essentialis est suppositio termini respectu copule absolute a tempore vt sic. patet ergo q terminus supponēs suppositione essentiali nec supponit ḃm statum.

Suppositū termini dicitur dupliciter

Significatū correspō det tmino ad copulā.

Accidental' Suppō

Essentialis Suppō

Intellectꝰ diffinitiõis nec restringitur nec ampliatᷣ. Quibus p̃missis diffinitio cum diffini-
to sic poni. Status est suppositio termini respectu vniꝰ differẽtie tempis
p̃cise ꝑ quolibet suo significato vel quibuslibet suis significatis sibi cor-
respondente vel correspondentibus ad eandem. Dicitur suppositio ꝑ
genere diffiniti. quia nullus terminꝰ ñ supponẽs suppõit ꝫm statũ. Dr̃
respectu vniꝰ differẽtie ꝛc̃. Unde ille t̃minꝰ dr̃ supponere respectu vniꝰ
differentie tp̃is precise q̇ supponit ad aliquã differentiã tp̃is. Et vt sic nõ
supponit ad plures disiunctim. ponitur ergo ista particula ꝓpter ãplia-
tionez. Correlariũ. ampliatio non stat cũ statu ſʒ bñ ãpla acceptio vt
dicẽdo sic. adã fuit anthichristꝰ erit. ibi ẽ statꝰ ꝛ cũ h̃ ãpla accaptõ Cor-
relarium. bene sequitur ille terminus supponit ꝫm statũ. ergo nõ ãpliatᷣ
ꝛ econuerso. Et si ponitᷣ casus ꝙ ille terminꝰ hõ sit replicatiue i illis dua-
bus ꝓpõnibus hõ ẽ alᷣ. ꝛ hõ fuit alᷣ. rñdeo ꝙ ly hõ non supponit ꝫm sta-
tum. Nec valet ꝯña ille terminus hõ supponit ꝫm statũ in illa ꝓpõe hõ
est alᷣ. g̃ supponit ꝫm statũ. q̇a arguitᷣ cũ dictõe icludẽte negationẽ ꝟtua-
liᷣ. q̇a ly ꝫm statũ includit ly p̃cise. ꝛ ly p̃cise ẽ signũ exclusiuũ icludẽs ne-
gationẽ virtualiter sicut alia signa exclusiua. Dicitur in diffinitione pro
quolibet suo supposito. ꝛ sic ly homo i ista. hõ albꝫ currit nõ supponit ꝫʒ
statũ. q̇a nõ supponit ꝑ ethiope. Dicitur sibi correspondente. q̇a anti-
Arguitur p̃mo christus non correspondet huic termino hõ q̇d copulam de p̃nti. Ar-
guitur cõtra diffinitionẽ. si diffinitio staret seq̃retᷣ ꝙ ille terminꝰ hõ i ista
hõ q̇ ẽ fuit alᷣ supponeret ꝫʒ statũ ꝛ ꝯñs falsũ est. q̇a restringitᷣ restrictõe
materiali. q̇a supponit solũ ꝑ hominibus q̇ sũt. Et deponendo ly q̇ est
tunc supponit ꝑ quolibet hoīe q̇ ẽ vel fuit. restrictio aũt materialᷣ repu-
Secundo gnat statui. Confirmatur. seq̃tur ꝙ ly hõ in ista hõ est vlᷣ fuit animal
supponeret ꝫm statũ. q̇a supponit respectu vnius differentie tp̃is p̃cise
q̇a supponit respectu ly est. ꝛ ly ẽ est p̃cise vna differentia tp̃is. ergo sup-
Tercio ponit respectu vnius differentie tp̃is p̃cise. Cõfirmatᷣ seq̃tur ꝙ ille ter-
minus asinus in ista. asinus corrũpendus ẽ supponeret ꝫm statũ. quia
supponit ꝑ quolibet suo supposito q̇a q̇libet asinus est corrũpendus.
R. ad Ad argumẽtuʒ primum Ad p̃mũ argumentũ rñr. capiendo ly q̇ est restrictiue ꝯcedẽdo assũptũ
ꝛ tunc arguitᷣ ille terminꝰ hõ restringit restrictõe materiali conceditur si-
cut argumentũ. nec om̄is restrictio materialis repugnat statui sed soluʒ
talis restrictio materialis que cum hoc non est formalis. modo ly homo
cum hoc etiã restringitur restrictione formali. Sed ꝫm marsilium tunc
hoc totũ hõ q̇ est ampliatᷣ. Et hoc totum non supponit ꝫm statuʒ sicut
etiam capiendo ly qui est pure differentialiᷣ ꝛ non restrictiue tunc ly hõ
Ad scõm etiam ampliatur ꝛ non supponit ꝫm statum. Ad scõm rñr negãdo
assumptũ ad probationẽ negetur ꝯña. q̇a variatᷣ determinatio huiꝰ ter-
mine precise q̇a in ꝯñte detᷣminat ly supponit sicut in diffinitõe etiã dʒ
Ad tercium detᷣminare. ſʒ in minore determinat ly est. Ad terciũ rñr non ponẽdo
puncta concedendo assũptum. q̇a tũc ly asinus suppõit pro quolibet asi-
no sibi correspondẽte ad illã copulaʒ q̇a q̇libet asinꝰ corrũpitᷣ. sic etiaʒ
totũ subiectũ supponit ꝫm statũ. ꝛ sic ly asinus non restrigitur per ly cor-
rũpendus. Sed si ponuntᷣ puncta tũc ille terminus asinus restringitur

Diffinitio Status

quia non ſupponit pꝛo aſino punctuali.q̇a talis nō coꝛrūpitᷣ. qꝛ coꝛrūpi
dicit ſucceſſionē.ſꝫ bn̄ annihilatᷣ. Idē dicatᷣ in talibꝫ. aſinꝰ coꝛruptibl̕ eſt
aſinꝰ coꝛruptiuꝰ eſt. Coꝛrelarium. Quilibet terminꝰ mūdi p̄t ſuppo-
nere ſm ſtatū. qꝛ adminꝰ qn̄ capitᷣ materialitᷣ. Coꝛrelariū. Quilibet
terminꝰ fictus ſupponēs ſupponit ſm ſtatū ⁊ ſunt tres tales rep̄ti ab ari
ſtotele.ſ.chimera hircoceruus ⁊ dragelaphus. ⁊ tales nō p̄nt ad plures
differētias tp̄m ſupponere niſi ad vnā vt patet ex diffinitione termini fi-
cti. Coꝛrelariū. ſufficientia terminoꝝ qui accipiuntur in ꝑpōne ſic ſu
mitur q̇a q̇libet terminus aut accipitur ad vnaꝫ differentiā tp̄is aut ad
plures diſiuncti. ſi p̄muꝫ h̔ eſt dupl̕r vl̕ ꝓ q̇libet ſuo ſuppoſito materiali
ſic eſt ſtatus aut non pꝛo q̇libet ſic ē reſtrictio. Si ſm ſic eſt ampliatio.
Coꝛrelariū. illa ꝯn̄a non valet. ille t̄minus accipitᷣ ſm ſtatū. ergo ſup
ponit ſm ſtatū. qꝛ inſtantia eſt ibi. adā fuit. nec tenet ab inferioꝛi ad ſu-
perius q̇a arguitur cū dictione inclūdēte negationē. Coꝛrelariū. Di
cendo ſic. homo albus eſt. iam totū ſubiectū ſupponit ſm ſtatū qꝛ vt fre
quēter q̇libet ſubiectū ſupponēs q̇d ſolū accipitᷣ ad vnā differētiā tp̄is
in ꝑpōe nō ꝓgnāte ſupponit ſm ſtatū. Dr̄ vt frequēter q̇a ibi ē iſtantia
adam heri fuit adā. Coꝛrelariū. dicēdo ſic. roſa fuit ⁊ ponēdo ꝙ nul-
la ſit adhuc ly roſa ſupponit ſm ſtatū ⁊ nō ampliatur q̇a nō hꝫ ſignifica
tum coꝛreſpondens. ⁊c̄. Sequitur ergo ꝙ ſtatus accidentalitᷣ eſt ſtatus
q̇a ſi roſa eſſet tūc nō eēt ſtatus ſed actu ampliaretᷣ. Coꝛrelariuꝫ. ſtat
vnū totale ſubiectū ampliari cuius quelibet ꝑs ſupponit ſꝫ ſtatū vt pa-
tet ſic dicēdo adā vel antichꝛiſtus erit vel fuit Coꝛrelariū idē terminꝰ
reſtringitur reſtrictōe materiali ⁊ foꝛmali ⁊ ſupponit ſm ſtatū vt ly hō
in iſta. hō qui eſt fuit vt patuit in p̄mo argumento. Sed hoc eſt verum
ꝙ nullus terminus qui reſtringitur reſtrictōe materiali tm̄ ſupponit ſm
ſtatū. Coꝛrelarium dicēdo ſic. antichꝛiſtus pōt eē ⁊ ille erit ly antichꝛi
ſtus ampliatur ⁊ ly ille non. q̇a nō habet ſignificatū coꝛreſpondens. ⁊c̄.
Coꝛrelariū dicēdo ſic. ille homo currit ly homo reſtringitur rōe mo-
di ſignificandi eēntial̕. qꝛ ſolū pꝛo vno ſuppoſito. Etiaꝫ rōe modi ſigni-
ficandi accidental̕. i. minꝰ p̄ncipal̕ q̇a ſolū ꝓ viro ſtat. ex quo ly ille maſcu
linū genus recipit. ex octauo methaphiſice. Coꝛrelarium. dicendo ſic
paſſer albus volat. ly paſſer reſtringitᷣ. Et dicit areſtotelis in de anima
libus quod viſus eſt paſſer albus. Coꝛrelariū. reſtrictio topicalis be
ne ſtat cū ſtatu. Et ſic ly homo in iſta. hō eſt ſpecies ſupponit ſm ſtatum
Nec ſequitur ꝯtra. dato ꝙ ſint ſolū tres tales termini hō hō hō ⁊ multi
hoīes q̇a hoc nō ē ſm eūdem ꝯceptū. Coꝛrelariū. ſtat alq̄uē t̄minum
in vna ſupponere ſm ſtatū ⁊ eūdē in alia āpliari. Et in illa in q̄ ſuppōit
ſm ſtatū ſupponit ꝓ pluribꝫ q̄ꝫ in illa ī qua ampliatᷣ. vt ly hō in illis dua
bus homo q̇ poteſt eſſe fuit ⁊ homo fuit. Et tantum de ſtatu.

Trum diffinitio restrictionis sit bona.

Ad q̃d valet restrictio — Notãdum p qõe q materia restrictionũ valet ad saluãdas veritates z falsitates ppõnũ. naz illa, ẽ vera. nullꝰ hõ ẽ mulier q̃ alias nõ possit saluari. Etiã valet ad ↄ̃ñas z oppões vt illa ↄ̃ña nõ valet. hõ q̃ non currit currit. g̃ aliq̃s hõ nõ currit. Silr nec illa. hõ currit g̃ aliq̃s hõ currit. etiã iste non opponunt.

Restrictõis diffinitio — hõ currit. nullꝰ hõ currit pter restrictionẽ q̃ ẽ, in vna z nõ i alia. Secũdo notandũ. q diffinitio est marsilij de qua q̃rit qõ. z ẽ talis. Suppõ terminis restringibilis p paucioribꝫ suppositis q̃ꝫ supponeret ẽm statũ ppt aduenĩẽs restrictiuũ. Et illa diffinitio de rigore ñ valet. qꝛ seq̃ret q ille terminus hõ i ista. hõ iustus saluabit in casu in quo solũ iaz eẽnt decem hoĩes iniusti z postea fierẽt cẽtum hoies iusti nõ restringeret. qꝛ nõ supponeret p paucioribꝫ suppositis q̃ꝫ supponeret ẽm statũ. q̃a ẽm statum solũ supponeret p decẽ hoibꝫ respectu copule de p̃nti. z tñ iã supponit p centũ hoibus. Quod aũt restringat pꝫ. q̃a non supponit p istis decem hoibus. z tamẽ deponẽdo ly iustus tunc supponeret statim p eis. Idez est de ly homo in ista homo albus curret. Sit casus q iam sint decẽ homines nigri z postea fiant centuz albi tunc ly hõ non supponeret p paucioribus pter ly albus q̃ꝫ supponeret ẽm statum. q̃a ẽm statuz supponeret p illis decem solum respectu copule de presenti. Et tamen cuz ly albus supponit p centũ hoibꝰ. Scdo diffinitio ñ valet. qꝛ diffinit ignotũ

Intellectꝰ diffinitiõis — per eque ignotum. ex quo in diffinitione ponitur restringibilis. Debet ergo sic intelligi cum diffinito. Restrictio est suppositio termini pro paucioribus suppositis vel ad pauciores differentias temporum pter aliquid additũ q̃ꝫ sine tali supponeret. vt ly homo. ibi. homo albus currit. Et illa diffinitio pcedit ẽm cõmuniorẽ viã que tenet q verbũ significat cũ tpe seipõ. Quia tenẽdo oppositũ tũc oportet qd dicat in diffinitõe pter aliquod additũ qd non puenit p̃cise rõe copule. Quia si non adderetur ista particula. sequitur q ille terminus hõ restringeret in illa. hõ in tempore presenti est animal, put ly in tempore presenti determinat copulam. quia supponit solũ p hoibus qui sunt. z tamen deponendo ly in tempore presenti supponit p quolibet hoie qui est fuit erit potest eẽ vel potest imaginari esse. quia tunc copula eẽt absoluta a tẽpore. ex quo non

Restrictio ẽ duplex. s. Materialis — ponitur secum expresse talis conceptus tpalis. Et ex hac diffitione patet q duplex est restrictio scilicet formalis z materialis. Restrictio materialis est suppositio termini pro paucioribus suppositis propter aliqd additum q̃ꝫ sine tali supponeret. Et debet capi ly paucioribus improprie non vt presupponat suum positiuum. quia si caperetur pprie seq̃retur q ly pars in illa non restringeretur. pars pporcionalis est qꝛ ly pars non supponit p paucioribus proprie. q̃a supponit p infinitis. ex quo infinite sunt partes pportionales. Sꝫ supponit pro paucioribus impro-

prie.i.non p omibus p quib⁹ supponeret dēpto ly pportionalis. Cor
relariū. Non dz dici in diffinitōe ppter aliqd sibi additū. qa sequeret q
ly hō ibi non restringeret. sortes cras erit homo p ly cras ad supponen/
duz p hoie q erit cras qa nō additur sibi sz copule. dz ergo dici ppter ali/
quod sibi aut copule additū vl potest totū omitti videlicet sibi aut copu
le. Et est ratio. qz predicatū dz verificari mediante copula taliter deter/
minata z non subiectū. vt dictū est circa illud sophisma. omē creans ne/
cessario est deus. Correlariū. solum termini cōmunes restringuntur
hac restrictione materiali videlicet z nullus terminus dscretus z termi/
ni cōmunes respectu oīm copularum sunt restringibiles. de presenti hō
albus est. de pterito. hō alb⁹ fuit. de futuro. homo niger erit. de potest.
homo sortes pōt esse. Sz ly hō in ista hō albus pt eē nō restringitur. qz
supponit p quolibet suo supposito qz qlibet homo pōt eē albus; de ima
ginatur. hō sortes imaginat zc. Sz restrictō formal ē suppō termini Formalis restrictio
ad paucioresſ differentias tpm ppter aliqd additū q sine tali supponeret
Et tenendo q verbū non significet cū tpe seipo iterum ponat illa ptīcu/
la qd non puenit rōe copule precise zc. Et capitur iterū ly pauciores im
proprie ppter ly sortes. ibi. sortes qui fuit est animal qd restringitur z tñ
non supponit ad pauciores differentias tpm pprie loquendo sed solum
supponit ad vnam. Et ly homo in illa. homo qui est fuit animal absol/
uendo copulam minus principalē non restringitur restrictione formali;
quia non supponit ad pauciores differētias tpm. Correlariū. Idē ter
min⁹ restringit restrictrōe materiali z formali p idē signū. z cū h suppōit
ſm statū pz de ly homo in ista. hō qui est fuit al. Arguitur. si diffini/ Arguitur pmo
tio staret sequit q ille terminus asinus in illa. asinus cuiuslibet hominis
currit restringeretur. probatur qz ly cuiuslibet est signuz suppōnis z re/
strictionis. ergo restringit ly asinus. pñs aūt falsum est. qz asinus in to/
to non supponit. Confirmatur. Seqtur q ille terminus albū in illa Secundo
albū hac albedine currit restringeretur demonstrando albedinem vt sex
vel octo per totam diffinitionē. pñs autem falsum est. qz tūc etiā in ista
deberet restringi. album hac albedine pōt esse. Et iterz sequitur q ly Tercio
animal restringeret in ista. hō fuit aīal quod est. Ad pmū argumen R. Ad primum
tū pcedit q ly cuiuslibet sit signum suppōnis z restrictiōis. sz nō sequit
q ergo restringat sicut in pposito capitur restrictio. Sz sufficit q quan/
tū eēt ex parte sui. Sz tñ ly cuiuslibet natū esset restringere ly asinus. z h
est ſm in casu vicz q eēnt decē homines z quilibet haberet vnū asinum
pprīū. z cum hoc eēt asinus qui p vna hore parte esset sortis z ille vēde
ret eū p secunda parte hore platoni. z plato venderet eum pro tercia par
te hore ciceroni vsqz ad decem homines ſm decem partes hore tūc ly asi
nus restringitur. z sic non valet pña. quilibec asinus cuiuslibet homis
currit. ergo quilibet asinus hois currit. Ad secundū respondetur cō/ Ad secundum
cedendo assumptū z negando qd ergo in ista. albū hac albedine potest
esse. qz in secunda ly albū supponit p qlibet suo supposito. Ad terciū Ad tercium
pcedit q ly aīal restrīgat restrictōe formali qa iam supponit solum pro
aīali qd ē. sz deponēdo ly q est supponeret p quolibet aīali. quod fuit.

Correlariū. Ly homo in mentali illius. homo albus cadit etiam re-stringitur. Sȝ quando dicitur tn̄ significat naturalit̄ ꝓprie ⁊ a tali signi-ficato termin⁹ nō restringit̄. Rn̄detur ꝙ verꝫ est nec restringit̄ a signifi-cato sed a suppositis ad supponēdū ꝑ paucioribꝫ ꝙ̄ sine addito suppo-neret. Correlariū. Nunqꝫ totale subiectū restringit̄ nisi in duob⁹ casi-bus. Primus in restrictōe formali. vt homo qui est fuit aīal. Scd̄us in ꝓpōibus pregnantibus. vt oē aīal p̄ter hoiem ē irratiōabile. Cor-relariū. Sincathegorema hȝ restringere vt ly nullus in ista. nullus hō est mulier. Correlariū. Aliqua est restrictio quo ad ꝯceptū tm̄ vt hō pictus est. capiendo ly pictus large ⁊ talis est restrictio topical̄ ⁊ vt sic nō est ad p̄sens. Alia ē restrictio quo ad suppositū tātū. vt hō albus currit sicut in ꝓposito. Alia ē quo ad suppositū. ⁊ quo ad ꝯceptū sil̄. vt hō est pictus capiēdo ly pictū stricte vt nō extendat se ad sculptū et scriptū. tūc est restrictio topical̄ ⁊ etiā restrictio materialis vt in ꝓposito. Corre-lariū. Aliquis terminus restringit̄ restrictione formali ⁊ cū hoc topicali .i. restringit̄ quo ad ꝯceptū. ⁊ cū hoc ad pauciores differentias tpm. vt ly hō in ista. hō qđ ē fuit species. Correlariū. mutatio rei adextre mul-tum facit ad restrictionem. quia talis multū facit ad suppositionē. ⁊ re-strictio attenditur penes suppositionē. ergo. Correlariū. Dant̄ duo termini sinonimi quoꝝ vnus restringitur ⁊ alter nō. ⁊ ille qui restringit̄ supponit pro pluribus ꝙ̄ ille qui non restringitur vt ly homo in istꝫ dua-bus. hō qui potest esse fuit. ⁊ homo fuit. Correlarium. Aliqđ restrin-gens restringit ratione modi significandi essentialis vt ly sortes in illa. homo sortes currit. Aliud restringit ratione modi significandi min⁹ p̄n-cipalis ⁊ accidentalis. vt nullus homo currit. quidam homo currit. Aliđ aūt restringit rōe vtriusqꝫ. i. tā ratione minus principalis ꝙ̄ essen-tialis. vt ly ille in ista. ille homo currit. Silr̄ ly albus in illa. hō albus currit. Et tantū de materia restrictionū

Totale subiectū non restringitur. ⁊c.

Triplex restrictio
Prima
Secūda
Tercia

Triplicia signa restri-ctiua

De alienationibus.

Vtrum diffinitio alienatōis sit bona Pro ista questione est notandum. ꝙ diffinitio de qua querit questio non ponitur a marsilio. sed ab eo be-ne ponuntur alique regule de alienationibus que regule faciliter habentur habita diffinitōe alienatōis que cōiter talis est. Alienatio est acceptio termini in ꝓpōne capti ꝺm certū moduȝ significandi totalē suuȝ non supponētis ꝓpter aliquod additū sine quo tamen actu supponeret captus ꝺm eundem modū significandi totalem. Dicitur acceptio ꝓ genere diffiniti ⁊ nō dr̄ suppositio. qꝛ alienatio nō est species suppositionis. sed est termin⁹ ꝓuatiue opposit⁹ ad eū. Dr̄ ꝓpter aliquod additū. ⁊ nō dȝ dici ꝓpt̄ aliqđ sibi additū. qꝛ dicēdo sic. homo cras erit antichristus. ly antichristus alienatur ꝑ ly cras ⁊ tamen nō ad-ditur sibi. Sic etiam dicendo sic. sortes cras videbit antichristuȝ ly vi

Diffinitio alienatiōis

debit alienaꝛ per ly cras ⁊ ꝑ ly antichꝛistum. quia sic etiam ly antichꝛi//
stus alienaꝛ per ly cras. qꝛ ly antichꝛistum etiā debet verificari median
te copula sic determinata. Et sic nō solum ꝑdicatū debet verificari me//
diante copula taliter determinata sed etiam ꝑs ꝑdicati. sed ly cras ꝓ cra
stina die supponit. Et nō debet dici in diffinitōe cū quo non supponit.
quia ille terminus hō in ista. homo ⁊ chimera currunt nō alienaꝛ. ⁊ tñ
cum illo termino chimera nō supponit. Dr̄ sine quo ⁊c. qꝛ ly adam in
ista nō alienaꝛ adam rudibilis currit. qꝛ deponēdo ly rudibilis adhuc
nō suppouit. sed in ista alienaꝛ adam qui est fuit. ꝑ ly qui est. Dicitꝛ ca//
pti ꝭm eundē ⁊c. qꝛ dicendo sic. homo viuus est pictus. ponēdo ꝙ solū
sint homines picti ⁊ nullus viuus. adhuc ly homo nō alienaꝛ ꝑ ly viuꝰ
⁊ licet nō supponat ꝓpter ly viuus. ⁊ deponendo ly viuus statiꝫ suppo
neret vt in ista. homo est pictus. tñ post hoc nō capetur in eodem mō si
gnificandi in quo prius capiebaꝛ. Et tenēdo ꝙ verbū significet cū tꝑe
ꝑ conceptus tꝑales tunc debet dici in diffinitōe ꝓpter aliquodadditūꝫ
qđ nō est differentia tꝑalis vel conceptus. vel qđ non ꝓuenit ratiōe co
pule. quia ly adam in ista. adam in tempoꝛe ꝑsenti fuit adam. non alie
natur per ly in tꝑe pꝛesenti ꝓut determinat copulam. Sunt aūt tres
regule Marsilij in qbus dat significare alienationem. Pꝛima determi Pꝛima regula
natio nō supponens posita in ꝓpōne nō existens puruꝫ adiectiuū nec in
cludens sincathegoꝛema. hoc est existens determinatio pure cathegoꝛe
matica addita suo determinabili alienat ipm. vt tunica ade est. pes chi
mere est. Dr̄ posita in ꝓpōne. qꝛ extra ꝓpōnem non est alienatio. Dicitꝛ
non existens purum adiectiuum ꝓpter ly albus in illa. hō albus currit.
quia illa adiectiua pura posita in ꝓpōne nō alienāt. Dicitꝛ existens pure
cathegoꝛematica. qꝛ dicēdo sic. soꝛtes currit in domo ly in domo nō alie
nat ly currit. licet nō supponat. qꝛ pꝛepositio cum suo casuali nō suppo//
nit tñ nō alienat ipm. quia non est determinatio purecathegoꝛematica
qꝛ includit sincathegoꝛema. Secunda regula Negatio infinitās ad// Secunda regula.
dita termino alienat terminum quem infinitat. id est. facit ꝙ totum ag//
gregatum ex tali negatione infinitāter tenta ⁊ tali termino īfinitato sup
ponit ꝓ alio ꝙ̄ pꝛo illo pꝛo quo talis terminus īfinitatus se solo suppo//
nit. vt dicendo sic. nō homo currit totū aggregatū ꝓ nullo hoīe suppo//
nit. Et per infinitari in ꝓposito debet intelligi. i. distribui. dūmodo ta
lis terminus sit cōmuniter tentus. ⁊ sic dicendo. soꝛtes est nō oīs homo
ly homo non infinitaꝛ ꝑ negationē. nec ly soꝛtes in illa infinitaꝛ. non soꝛ
tes currit. quia nō est terminus cōmunis cōiter tentus. Tertia regu Tertia regula.
la Omnes duo termini desꝑati actu non suppponentes ꝓ eodem pos
sunt se mutuo a sua suppositiōe alienare mediate vel immediate. Et nō
valet ista regula ratione ly mutuo quia nō quilibet alienat alium. Dici
tur mediate ꝓpter terminos desꝑatos qui non possunt se īmediate mu
tuo determinare. vt homo asinus. ⁊ hō lignum. Sed mediate. vt hō q̄
est asinus currit. hō qui est lignum currit. Dicitur immediate vt hō
chimerinus. homo asininus. Istis regulis tribus habitis facile soluū
tur argumenta ꝯ diffinitionem fabꝛicata. Patet ergo coꝛrelarie ꝙ q̄//

Quilibet terminꝰ potest ampliari.

libet terminus mundi est alienabilis in significatōe sua vltimata vel nō vltimata quā actu habet. vt chimera que est homo imaginatur chimera existens sortes intelligit̃. capra existens asinus mouetur. homo qꝺ est hu est species. ⁊ sic de alijs Patet consequenter ꝙ in omnibꝫ illis ꝓpositionibꝫ est alienatio. cecus videns currit. cecum videntem oportet currere. put est adiectiuum cum suo substantiuo. Si aūt est regens ⁊ rectū tunc nō. chimera que est alba imaginat̃. Sic etiaꝫ in illis in casu in quo essent solum mulieres. Nullus homo currit. aliquis homo currit. Sic etiam asinus iohannis currit. put nō habet asinum. petrus ꝗ est om̄is homo currit. iohannes qui est asinus imaginarius est homo. ens qꝺ ē omnis creatura currit. capiēdo ly omnis distributiue. qꝛ si ly ens caperetur transcendenter ⁊ ly omnis collectiue. tunc nō esset alienatio. surdꝰ audiens currit. canis qui volat est latrabilis. ethiops albus currit. bauarus australis currit. homo albus ⁊ niger currit prout ly et capit̃ specificatiue. secus esset si caperetur copulatiue vꝉ copulatim. et in pluribꝫ pariter. Correlarium. Illa ꝯña Ille terminꝰ alienat̃. ergo nō supponit nihil valet si ꝓpōnes sunt multiplices: vt patet de ly asinus in illa. asinus risibilis currit. capiendo ly risibilis in genitiuo. Si aūt ꝓpositōnes non sunt multiplices bene valet. Correlariū. Non sequitur. Ille terminus alienatur in ista ꝓpositione. ergo alienatur. quia si talis terminꝰ esset replicatiue in pluribus propositionibus. Correlariū. Ly est in ista ꝓpositione homo est animal non alienat̃. licet non supponat. ⁊ deponendo ly animal actu supponeret. tenēdo aūt ꝙ verba sint simplicia tūc non alienatur. quia non est acceptio termini. quia ly termini capitur ꝑ termino cathegorematico. modo ly est in predicta est sincathegorema.

Correlarium. Dicendo sic. Asinus mortuus est. capiendo ly asinꝰ cōnotatiue tunc ꝺm Marsilium alienatur. quia non supponit. ⁊ deponendo ly mortuus tunc supponeret. Sed capiēdo absolute tunc supponit ꝑ partiali asino. Etiam ꝺm Marsiliū. quia ille est mortuus quando moritur vnus totus asinus ꝑ prima medietate hore. Et capiendo tempus cōnotatiue. secus est si caperetur absolute Correlariū. Vnꝰ terminus sinonimus alienat alterum. vt henricus qui erit henricus est in casu quo sit primum instans non esse henrici. ⁊ hoc non est incōueniens quando fit cum differentia temporali. sed sine hac non potest hoc fieri. Correlarium. In illa vel consimili ꝓpositione sunt omnes proprietates logicales. de quibus ꝺm ordinem supra dictum est. videlicet Suppositio. ampliatio. appellatio forme ⁊ rationis. status. restrictio. et alienatio. vt homo rudibilis vꝉ asinus hominis qui est cognoscit venientem. Et tantum de materia alienationum.

De consequẽtiis Pria qõ

Irca primam par

tem cõsequentiarum queritur Utrum diffinitio cõsequentie a posteriori sit bona. Notandũ primo ꝙ iste est specialis tractatus logice in quo tractatur de consequentijs quõ vna ꝓpositio ad aliam vel ex alia nata est sequi. Secundo notandum ꝙ diffinitio de qua querit questio ẽ Marsi. ꝛ tal. Oratio habens añs ꝛ cõsequens ꝛ notã illatiõis consequentis ex antecedente tanꝙ partes principales sui. Et illa diffinitio de rigore verborum nõ valet. qꝛ capiẽdo añs ꝛ ꝯñs large. tũc debet addi ad diffinitiõem ꝛ suũ ꝯsequens. verum est ꝙ Marsi. cepit añs ꝛ ꝯsequens stricte. ꝛ ergo non addidit ly suũ. Sed hugo cepit large. qꝛ addit ly suũ

Diffinitio cõsequẽtie de rigore nõ valet

Secundo nõ valet. quia diffinitur ignotum p eq notum. quia ita ignotum est quid sit antecedens ꝛ cõsequens sicut ꝯsequẽtia. Pro quo sciendum ꝙ isti termini antecedẽs ꝛ cõsequens capiunt dupliciter scilicet large ꝛ stricte. Antecedens large est propositio vel oratio ꝓpõni proportionalis ex qua cum nota illationis natum est sequi consequens. Sed cõsequens large est propositio vel oratio ꝓpositioni ꝓportionalis que p notam illationis nata est sequi ex antecedente. Sed antecedens stricte ẽ ꝓpositio vel oratio ꝓpõni ꝓportionalis ex qua cum nota illationis actu sequitur consequens. Sed conseqñs stricte est ꝓpositio vel oratio propositiõi ꝓportionalis que p notam illatiõis actu sequitur ex antecedente

Añs large

Cõsequens large

Añs stricte.

Consequens stricte.

Correlarium. Ista ꝓpõ vel ꝯsilis homo currit se solo posita nõ est antecedens. Correlariũ. In ꝯsequentijs rationabilibus illud qd̃ p̃cedit notam rõnalem est añs. Sed illud qd̃ sequitur est ꝯñs. vt homo currit. ergo animal currit. Sed in ꝯditionali ꝛ causali illa ꝓpositio q̃ immediate additur note causali vel cõditionali est antecedens ꝛ q̃ mediate additur est ꝯñs. vt si hõ currit anial currit Correlarium. Nõ omne antecedens ꝛ ꝯñs est negandũ vt patet de oratõibus ꝓpõni ꝓportionabilibus

Secundo notandũ ꝙ nota illatõis est signum sincathegorematicum ratione cuius ad veritatem ꝓpõnis cuius est copula principalis q̃ꝫtum est ex parte sui requiritur ꝙ ꝯñs bene sequatur ex antecedente. vt si quia ergo ideo igitur ꝛc̃. Et sic de tribus speciebus ꝓpositionum hypoteticarum dantur note hypoteticales. vt cõditionali causali ꝛ rõnali. Correlariũ Illa ꝯña est bona. cõsequentia est. ergo nota illatiõis est. si ꝓpõ solũ est ꝓpositio in ordine ad eius mentalem. quia semp in mentali est nota Si aũt tenetur oppositum tũc nihil valet. in casu in quo ly a esset ꝛ significaret cõseq̃ntiã. Correlariũ. Illa signa. si q̃a g̃. sunt diuersarum speciarum i esse notarum. qꝛ ad veritatẽ ꝓpositionũ q̃rum sunt copule principales nõ requiritur idem. Et sic aliud est dicere. illa signa sunt eiusdem speciei in esse entis ꝙ in esse notarum. Correlariũ. Q̃ñcunqꝫ in aliqua ꝓpositiõe hypoteтica ponũtur plures note hypoteticales ꝙ partes materiales tũc talis ꝓpõ est ꝓpositio plures ꝛ nõ hypotetica. Correlariũ. large capiendo

Nota illationis

Uñ sumantur conceptus ꝯñe.

illũ terminũ ꝯsequentia tũc conceptus eius sumit᷑ a nota ⁊ sic significat
omnes ꝯñas tam bonas ꝙ̃ malas. ⁊ ꝯueniunt in hoc. qꝛ oẽs sunt ꝓpõ
nes hypotetice habentes expresse vel implicite añs ⁊ ꝯñs ⁊ notam illa-
tionis. Sed stricte capiendo tũc ei⁹ ꝯceptus sumit᷑ a ꝯñte. ⁊ sic signifi-
cat bonas ꝯñas solum. quia omnes tales ꝯueniunt in hoc ꝙ conseqns
bene sequat᷑ ex antecedente. Correlariũ. Quicq̃d equiualet ꝯsequen
tie est ꝯña. quia habent eandem mentalem ⁊ mẽtalis est ꝯña. g̃ vox vel

Conseq̃ntia hic diffinit᷑ a posteriori

scriptum subordinatũ est ꝯña Ulterius notandũ ꝙ illa diffinitio cõ
sequentie dat᷑ a posteriori penes accidentalia vicȝ vt añs ⁊ ꝯñs ⁊ notã q̃
vt ponit᷑ nõ valet ex causis supra positis. Etiam sequeret᷑ in casu ꝙ si ly
a valeret tantũ sicut homo currit. g̃ aĩal currit. non esset ꝯña. Sic etiam
illa sorte currente sortes mouetur. quia nulla earum habet antecedẽs ⁊

Intellectus diffinitionis ꝯñe

ꝯsequens nec notam illationis. Debet ergo sic poni diffinitio cũ dif
finito. Consequentia est ꝓpõ hypotetica habens expresse vel implicite
antecedens ⁊ suum ꝯñs ⁊ notam illationis illatiue tentam ⁊ affirmatã
consequentis ex suo antecedente tanq̃ȝ partes principales sui vel mẽta-
lis sibi correspondentis. Dicitur ꝑ genere diffiniti ꝓpositio hypotetica
quia nulla cathegorica vt sic est consequentia. Dicit᷑ implicite ꝓpter ly a
in casu posito. Similiter sorte currente sortes mouetur. Dr̃ habẽs an-

Qñ añs dr̃ habere suum cõsequens

tecedens ⁊ suum ꝯñs. Pro quo est sciendum ꝙ illud añs dicitur ha
bere suum ꝯsequens qñ oppositum cõtradictorium ꝯñtis vel eius in
dicatiue repugnat añcedenti. hoc est tantum dicere qñ oppositum con-
tradictorium ꝯñtis vel eius indicatiue positum in copulatiua affirma-
tiua cum añcedente vel eius indicatiua cõstituit ꝓpõnem copulatiuã im
possibilem. vnde hoc nõ est bona ꝯña. homo currit ergo asinus currit.
quia oppositum contradictoriũ consequẽtis non constituit ꝓpositionez
copulatiuam impossibilẽ cum añcedente. quia illa est possibilis homo
currit ⁊ nullus asinus currit. Sed hec est bona cõsequẽcia. hõ currit g̃
animal currit. qꝛ illa est impossibilis. homo currit ⁊ nullum aĩal currit
quia ꝑtes nõ ꝑñt simul stare in veritate. Dr̃ vel eius indicatiue ꝓpter il
las vel cõsimiles. si sortes curreret sortes moueretur. Dicit᷑ notã illa-
tionis ꝓpter disiunctiuam ⁊ copulatiuã. Dicit᷑ illatiue tentã ꝓpter illaȝ.
Si veneris ad me dabo tibi equũ. capiendo ly si cõuentiue. Dicit᷑ affir
matam ꝓpter illã homo currit nõ. igitur deus est Dr̃ vel mẽtalis sibi.
⁊c. ꝓpter ly a in casu ꝑdicto. Correlariũ. Aliud est dicere. Hec ꝓpõ in
fert aliam ⁊ hec ꝓpõ infert᷑ ab alia. qꝛ inferre attribuit᷑ antecedenti. Sȝ

Regula ad sciendum ꝙ cõsequẽtia sit bona vel mala.

inferri attribuit᷑ ꝯsequẽti. Et est sciendũ ꝙ ex illa differẽtia facile q̃s i
telligere potest ⁊ scire que ꝯña sit bona ⁊ que mala. Quecunq̃ȝ cõseque
tia alicui ꝓponitur Si velit scire an sit bona vel mala sic efficiat. recipiat
contradictorium ꝯñtis ⁊ ponat ad copulatiuã affirmatiuam cũ antece
dente. ⁊ si talis copulatiua erit possibilis tũc ꝯsequentia que fuit sibi ꝓ-
posita nihil valet. Si aũt talis copulatiua erit impossibilis tunc ipa cõ
sequentia fuit bona. Et hec ẽ regula infallibilis penes quã iudicat᷑ bo
nitas vel malicia cuiuslibet ꝯñe. Correlariũ. Hoc ẽ bona ꝯña. ex eo
ꝙ sortes ẽ rõnalis ipe est homo. ⁊ ly ex eo ⁊ ꝑ eo sunt ꝯiũctiões causales

circũlocute Correlariũ. Ponendo q solum sint tres species ꝓpositio
nis hypotetice. tũc ꝯñe sicut cõiter formant vt hõ currit. ergo anial cur
rit. nõ sunt ꝯñe. qꝛ vt sic nota est ly et. ꝛ illo modo cõsequentie soluꝫ for/
mant in conditionalibus. Correlariũ. illa Si veneris ad me dabo
tibi equum nunq̃ est ꝯña. qꝛ nõ habet añs. qꝛ oportet oino añs esse ꝓ/
positionẽ stricte capiendo ly añcedẽs. Etiã illa ꝓpõ nunq̃ habuit signi
ficationem ꝓpositionalẽ. nec Pe. his. posuit eã ꝓ exemplo. sed illam po/
suit. si venies ad me dabo tibi equũ Correlariũ. in libris clausis etiã
sunt ꝯsequentie. ꝛ nõ oportet q q̇s actu aduertat. sed sufficit q actu seq̃/
tur. Correlariũ. Nõ sequit. iohãnes est amans vinũ. igit iohãnes ẽ
amans vini. qꝛ si iohannes nõ haberet habitum amãdi vinum. ſꝫ actu
amaret vinũ. añs esset verũ ꝛ ꝯñs falsum. Nec ecõuerso valet vertendo
casum solũ. Nec sequit albedo est alba igit hõ est asinus. qꝛ oĩs res mũ
di ꝑter deum põt albificari. Nec sequit. Oĩs hõ aĩal non est. ergo oĩe
anial homo nõ est. qꝛ si esset solũ vnus hõ ꝛ multa bruta. Sed bñ seq̃/
tur. omnis hõ est sortes. g̊ plato nõ est aĩal. Silr bñ sequit. q̇cquid nõ ẽ
homo est aĩal. g̊ quicq̇d nõ est aĩal est homo Correlariũ. Ego asinũ
video. g̊ ego video asinum. Silr ego hoiem video. g̊ ego video hoiem.
si ly asinũ ꝛ ly hoiem capiunt absolute bñ valent. Si aũt ꝯnotatiue tũc
nõ. in casu in q̊ ꝑ prima medietate viderẽ vnam medietatẽ hois vel me
dietatem asini ꝛ ꝑ secunda alteraꝫ medietatẽ. Silr nõ sequit. sortes nõ
est hic. g̊ sortes nõ est vbiq̃. in casu in q̊ deus destrueret locũ demõstra
tum ꝛ replicatiue poneret sortẽ in quẽlibet locũ. añs esset verũ ꝛ ꝯñs fal
sum. Ultimo nota q iste tractatus pñs ꝑtinet etiã ad ꝯcernendũ d
veritatibꝫ ꝛ falsitatibꝫ ꝓpositionum. nã omnis ꝓpositio vera sic se habet
q nunq̃ ex ea sequit alia ꝓpositio falsa in bona ꝯña. nisi etiaꝫ sit vera. et
oĩs ꝓpositio est falsa ex qua in bona ꝯña sequit alia falsa. Et est tractatꝰ
distinctus ab alijs tractatibꝫ logice. qd̓ scit arguitiue ex subiecto ꝛ ꝓpria
passione specialibꝫ. Nam ille terminus ꝯsequentia ꝓ termino secũde in
tentionis acceptus est subiectum presentis tractatus. et eius ꝓpria pas/
sio est illatiuum ꝯñtis ex suo antecedente. Et habet demõstrari de suo
subiecto sicut in alijs visum est. ꝛc̃.

Declarat aliquas cõ/sequentias

Ad quid pñs tractatus valeat.

Sophisma.

Si nihil est aliquid est. Pro sophismate Nota q
ipm est hypotetica speciei conditional' affirmatiua in nulla materia sed
ambe partes in materia naturali. ꝛ nullam ꝯtrariam neq̃ subalterna/
tam habet sed alias oẽs oppositas. ꝛ in ambabꝫ ꝑtibꝫ ly ens est ꝑ̃dica/
tum. Secundo notandũ. q ly si capit quatuor modis. Primo modo
abnegatiue. ꝛ valet tantũ sicut negatio neganter tenta. vt ibi. si his die/
bus erit nix ꝛ pluuia. i. nõ erit. Etiam ibi. si introibũt in requiẽ meam
id est non. Scd̓o capit cõditionaliter illatiue. vt in sophismate. Ter
tio cõditionaliter cõuentiue. vt si venies ad me dabo tibi equũ. Quar
to causaliter. vt si deus est animꝰ. i. qꝛ deus ẽ animꝰ. Et põt addi quin

Si capit q̃ttuor modis. Primo Secundo. Tertio Quarto

tus modus scꝫ put capitur conditionate. vt quando claudit̄ inter par-
tes extremi ⁊ tūc facit vnam de cōditionato extremo. vt hō si est albus
Nihil ē sincathegore-ma mixtum currit. ois ꝓpō si est falsa est impossibilis Tertio notandū. Ly nihil
est sincathegorema mixtum ꝓprie ⁊ includit actuꝫ distributū scꝫ nullū.
⁊ cōceptum ens. ⁊ siue includat negationē neganter tentā siue infinitā-
ter tentam ⁊ conceptū ens siue transcēdenter siue nō transcendenter ca-
ptū ꝑ nullo supponit. ⁊ hoc nō ponēdo puncta. Si aūt ponunt̄ tūc ca-
piendo negationē inclusam infinitāter ⁊ cōceptū ens transcēdēter tunc
supponit ꝑ pūcto indiuisibili. qa de tali ver̄ est dicere. hoc ē non entia.
Et hoc nō est de rigore. qa nullus terminus includit ly ens nō trāscen
R. ad sophisma denter nisi hoc verbū sum vel eius ꝯdeclinīū. Ad sophisma r̄ndet̄ ꝙ
Primus ipm habet q̄ttuor sensus. Primus capiendo negationē inclusam in ly
nihil neganter ⁊ nullam copulā absoluendo sicut de rigore fit. ex q̊ copu
le de rigore important tēpus. sophisma in illo sensu est mala ꝯn̄a ⁊ fal-
sa ⁊ impossibilis ꝓpositio. qꝛ in casu in quo nullum tempus sit. vł cras
Secundus nullū tempus fieret. an̄s esset verum ⁊ cōsequens falsum. Secūdus
sensus Si copula absoluit̄ vel in antecedente vel ꝯsequēte quali tercūq̄ꝫ
capiat̄ negatio inclusa sophisma est ver̄ ⁊ necessariū. qꝛ est bona ꝯn̄a. ex
quo omnis cōditionalis bona conseq̄ntia est vera ⁊ necessaria ꝓpositio.
Si em̄ absoluitur in antecedente. an̄s est impossibile ⁊ ad tale sequitur
quodlibet. Si aūt in ꝯsequente ꝯn̄s est necessariū ⁊ illud sequit̄ ad qđ
Tertius. libet. Tertius sensus capiēdo negationem in antecedente infinitāter
sophisma est ver̄. qꝛ cōditionalis bona cōsequentia. qꝛ an̄s vt sic est im
possibile ⁊ cōseq̄ns est necessariū capiēdo saltem ly ens eodē mō vicꝫ nō
Quartus. transcendēter. Quartus sensus. capiendo negationē infinitanter in-
clusam in ly nihil. ⁊ primū ly ens capiendo transcendenter et scđm non
transcendēter. ⁊ tertiū iter̄ transcendenter. sophisma iter̄ est ver̄ qꝛ ꝯn̄s
Sophisma est conse-q̄ntia materialis. est necessariū. Sed vt sic an̄s est ver̄ de populo vel turba Et nota ꝙ
sophisma est ꝯn̄a materialis. ⁊ illa non est secū eiusdem forme. si nulla
chimera est chimera. aliq̄ chimera est chimera. qꝛ multo plures termi
includunt̄ in ly chimera q̄ꝫ alibi. ⁊ ista nihil valet. Sed illa est eiusdem
forme cū ea. si nullū a est a. aliqđ a est a. Et significet ly a chymerā incō-
plexe. Correlarium. Oē qđ potest esse pōt intelligi. sed nō ens p̄t in-
telligi. ergo nō ens pōt esse. Minor ꝓbat̄ ꝑ philosophū. iij. de anīa. ⁊ cō-
mentatorē nono methaphisice. Dicat̄ ꝙ sit bona ꝯn̄a. sed minor ē falsa.
Correlariū Impossibile nō est significabile simplici ꝯceptu. i. chime
ra nō pōt vniuoce ⁊ incōplexe significare oēs chimeras imaginabiles.
Ratio Aristo. iij. de anima. qꝛ ois intellectio simplex debet esse vera. i.
q̄lbet conceptus nō pure adiectiualis debet supponere ad pōt. mō chi
mera nō potest supponere ad potest. Correlariū. Nō sequit̄. hoc vel
hoc nihil est. ⁊ hoc vel hoc aliq̄d est. ergo aliquid nihil est. demōstrando ꝑ
primū hoc adam. ⁊ ꝑ secundū respondentē. qꝛ mediuꝫ in nulla p̄missa-
rum distribuit̄. Et q̄n maior ꝓbat̄ hoc nihil est. ergo hoc vel hoc nihil est.
neget̄ ꝯn̄a. qꝛ debet sumi cōstantia. Sed bene sequit̄. aliq̄d nihil est. er-
go nihil est. quia an̄s est falsum. Et q̄n ꝓbaret̄ sic. adam nihil est. ergo

aliquid nihil est ab inferiori ad supius negatiue. Dicatꝛ q debeat sumi constantia inferioris Correlarium. Vñ seqtur aliqd esse est falsum. ḡ hec est falsa aliqd est. qꝛ de rigore aliqd esse capitꝛ materialiter. Si autē capitꝛ ꝑsonaliter tūc nihil valeret. qꝛ posito q cras nō sit illa ꝓpō aliqd ē nec eius sinonima. añs erit verū ꝛ ꝯñs falsum Correlariū Vñ sequitur. nihil esse est verū. ergo nihil est. ꝛ hoc capiendo ly nihil esse ꝑsonalitꝛ Si aūt capitꝛ materialiter tūc nō valet cōsequētia. qꝛ si illa nihil est imponeretꝛ ad significandū sinonime cū illa homo est aial. añs est verū et cōsequens falsum. Correlariū. Nihil fuit qd est. ḡ nihil est. Si differētie tꝑales nō sunt ꝑtes extremorū arguitꝛ ab amplo ad nō amplū cū distributione ampli. Si aūt sunt ꝑtes extremorū tūc nō valet. qꝛ si eēt primū instans esse omnū rerum mūdi. vel cuiuslibet rei mūdi. añs eēt verum ꝛ ꝯñs falsum. Correlariū. Nihil qd est fuit. ḡ nihil qd fuit est. nō valet. qꝛ si esset primū instans esse toti⁹ mūdi. Idem est ibi. nihil qd est fuit. ḡ nihil fuit qꝛ si nullū tp̄s esset. Correlariū. Nō sequitꝛ Si nihil est aliqd est. ḡ si aliquid est nihil est. nec tenet ꝯña. noia ꝛ ꝟba transposita idem significant. qꝛ variatꝛ modus determinādi hui⁹ qd est si. qꝛ in antecedente termiatꝛ in illā nihil est tanꝗ̄ in añs. Sed in ꝯñte terminatꝛ in eandē tanꝗ̄ in cōsequēs. Correlariū. Nō sequitꝛ. Si nihil mouetꝛ nihil ē. qꝛ in casu q̊ deus cōseruaret motū localē hodiernū qui ē tp̄s sine subiecto vel cras crearet tp̄s sine subiecto qd moueretꝛ. Patet ergo q bene sequitꝛ. nullus asin⁹ hois currit. ḡ nullius hois asin⁹ currit. Similiter bene sequitꝛ. asinus hois nō currit. ḡ hois asinus nō currit. Sꝫ nō seqtur. hois asinus nō currit. ḡ asinus hois non currit. in casu quo sint duo hoies q̊rū vnus habet duos asinos currentes. ꝛ alter nullū habeat. antecedens est verū ꝛ ꝯseqns est falsum. Correlarium Non seqtur. cuiuslibet hois asinus currit. ḡ quilibet asinus hois currit. in casu in quo sint duo hoies q̊rū q̄libet habeat duos asinos vnū currentē ꝛ alium quiescentē. antecedens est verū ꝛ cōseqns falsum

Declarat cōsequentias sophismatis

Vtrum mala consequentia sit consequentia

Notādum q illi termini bonum ꝛ malum non debent capi pro bono vel malo moraliter nec entitatiue. Sed debent capi ꝓ terminis secundarū intentionum prout attribuuntur consequentijs. Dicit tamen Hugo q bonum et malum sint termini prime intentionis. et dicant bonitatem sufficientie et maliciam insufficientie. Cum autem Aristoteles quarto Methaphise dicat Bonum et ens conuertuntur. cepit bonum entitatiue. Secundo nota q ille terminus consequentia capitur primo large. Et tunc diuiditur in cōsequentiam bonam ꝛ malam. ꝛ sumitur illa conuenientia accidentalis sic. Quia consequentia bona et mala conueniunt in hoc q habent antecedens ꝛ consequens ꝛ notam illationis nō curando tamen an consequēs bene sequatur ex antecedēte. Et isto modo predicatum non restringit subiectū Secūdo capitur ille terminus cōsequentia stricte. sic est annalogum seu equiuocū a cōsilio. q̄a ꝑ prius

Bonuꝫ ꝛ malū q̊m̄ capiantur.

Conseq̄ntia capitur dupliciter.

et principaliter significat ꝯsequentiam bonam. ꝑ posterius autē et minus principaliter significat ꝯn̄am malā. sic p̄dicatū restringit subiectū ex vna pte regl'e topicalis sic idē est dicere ꝯn̄a ⁊ ꝯn̄a bona. Correlarium. Termini mentales nō sunt annalogi. q: quicquid terminus mētalis significat id idem naturaliter ꝓprie significat ⁊ principaliter. sic autem nō est de vocalib' ⁊ scriptis. Correlariū. Si ly cōsequentia a parte p̄dicati capitur stricte. tūc questio sic conuertit̄. ğ bona ꝯn̄a est mala ꝯsequentia. Sed si capit̄ large tūc sic. ergo ꝯn̄a est mala cōsequentia.

℟. ad questionem

Ad questionem respōdet̄. capiendo illum terminū ꝯsequentia large ꝓut extendit se ad eq̄ primo ad cōsequentiā bonam ⁊ malā questio ē vera. Sed capiendo stricte ⁊ circūscribendo multiplicitatē ꝓpositionū questio est falsa. quia valet tantum. mala ꝯsequentia est bona. Sed nō circūscribendo multiplicitatē ꝓpositionū iterū est vera. q: tunc ei' extrema supponunt pro illa. non deus est. igit̄ homo est asinus. Pro quo est notandum q̄ circūscribere multiplicitatē ꝓpōnum. ⁊ ꝓpōnes nō esse multiplices idem sunt ⁊ tantū est dicere. i. q̄ nulla ꝓpō habeat plures mentales nō sinonimas. Sed nō circūscribere multiplicitatē ꝓpositionum. ⁊ ꝓpōnes esse multiplices etiam idem sunt vicē q̄ vna vocalis vel scripta ꝓpō habeat plures mētales nō sinonimas. patet ğ q̄ ly circūscribere includit negationē virtualiter. Correlarium. circūscribēdo multiplicitatē ꝓpōnum tunc idēptitas materialis ꝓpositionis nō attēditur penes scriptum vel vocē sed penes eandem mētalem. et sic illa nō deus est. tenendo q̄ sortes capiat negationem neganter ⁊ plato infinitanter. tunc non est eadem propositio licet sit idem scriptum. sed habet plures mētales. Correlariū. Quelibet significata q̄ cadunt sup eadem conuenientia essentiali adequata sunt eq̄ principalia vt sortes ⁊ plato illius termini homo. Correlarium Inter nulla significata inter que est cōuenientia essentialis adequata est annalogia logicalis ꝓprie dicta. ⁊ ideo non sequit̄. malus homo est homo. ergo mala ꝯn̄a est consequentia.

Circūscribere multiplicitatē ꝓpōnum

Correlarium: Licet argumētatio sophistica sit argumētatiō. tñ nō sequit̄. ergo mala ꝯn̄a est cōsequentia. quia argumentatio capit̄ large. et si ꝯn̄a capit̄ etiam large. ꝯn̄s etiam esset verum. Correlariū. Nō sequitur. falsa conditionalis est cōditionalis. ğ mala ꝯn̄a est consequētia nec est sil'e. quia ly cōditionalis vniuoce significat falsam ⁊ veram conditionalem. sed sic nō est de ly conseq̄ntia. Correlariū. cōmentator octauo phisicoꝝ dicens q̄ hō equoce extendat se ad hoiem scientē ⁊ ignorātem cepit equocum ꝓ equoco methaphisicali. q: ille termin' habet plura significata methaphisicaliter quoꝝ vnum accidentaliter plus perfiiciter q̄ȝ reliquum. Correlariū. Hugo dicit q̄ nulla mala cōsequentia que ē est mala. q̄ ly q̄ est impediat restrictionē hui' qō est mala cōmuniter nō tenet̄. sed sic intelligit̄ nulla mala cōseq̄ntia q̄ est cōseq̄ntia ē mala. Consequēter notandū. capiēdo stricte istum terminum consequētia. iste omnes conceduntur. cōsequentia est bona. omnis conseq̄ntia ē bona. ꝯn̄a ē mala. ois ꝯn̄a est mala. mala cōsequētia ē ꝯn̄a. nō circūscribendo multiplicitatem ꝓpositionum. ⁊ hoc virtute topicalis regule.

Sed non seqtur. ois ꝯña est mala. ergo tm̄ ꝯña mala est ꝯña. tenet ꝯña ab vl'i ad ei⁹ exclusiuā in termis trāspositꝫ. Quia equocātur termini in trāspositiōe. Nec seqtur in datisi. ois ꝯña e st bona ⁊ consequentia ē ma/ la igitur mala ꝯña est bona. quia medium equiuocatur. sic facile soluun tur argumenta ꝯtra questionē fabricanda. Correlariū. illa ꝯña non Declarat ꝯñtias
valet quicqd videt a videt b. ergo quicquid videt b videt a. quia si sortes ⁊ plato haberent eandem visionē ⁊ vltra hoc vnus videret aliqd qd alr̄ non videret. Correlariū. Nō sequitur. sortes est. igitur aliqs hō ē. in casu in quo sexus virilis in sorte mutaret̄ in muliebrē absq̄ depditione alicuius partis. Nec sequitur. animal ē om̄is hō. ergo omne animal est omnis homo. Si eēt vnus homo ⁊ multa bruta. añcedens eēt verum ⁊ ꝯñs falsum. Nec sequitur. albedo erit. ergo album erit. in casu in quo q̄libet albedo p⁹ horā staret sine subiecto. ſꝫ bñ seqr̄. hō ē oē al'. g̊ ois hō mo est omne animal. Sil'r bñ seqtur. in dannubio ē omnis aqua. ergo in danubio nō est aqua. Correlarium. henricus studet hodie. ergo hēricus studet quotidie. Respōdetur ꝫm mar. ꝙ bene valet. qa ly die in clusum in ly quotidie distribuitur solum pro die pn̄ti qui est. modo solū illa dies est ꝫm marsilium q2 solum iste dies includit pn̄tem diem. Sed ꝫm buridanum non valet q2 ꝫm eum possumus vti toto anno pro tem/ pore presenti. ⁊ sic crastina dies etiam est dies in qua Henricus non stu det. quia magis dormiet forte.

Sophisma

Aliquid est, ergo aliqua propositio est. Notandum tenendo ꝙ solum sint tres species ꝓpositionis hypotetice tunc sophisma sicut alia q̄libet rōnalis ē copulatiua. Sed adhuc ē ꝓpō ipossibilis. qa prima pars erit vna ꝯditionalis sic. si aliquid est aliqua ꝓpō ē que ē impossibilis. qa est mala ꝯña. Secundo nota. dantur ꝓpōnes de ꝯditio/ Non dat̄ ꝓpō d rōnali
nato extremo copulato disiuncto ⁊ causato extremis. sed non dant̄ de rō extremo sic de disiūcto
nali extremo. rō quia ly ergo non potest denotare aliquid nisi vnū sequi copulato ⁊c.
ex alio. modo solum ꝓpōnes sequuntur ad inuicem ⁊ non extrema. Sꝫ ly quia quando facit vnam de causato extremo tunc denotat solam cau/ sam ⁊ non sequelam vnius ex alio. Tercio notandum ꝙ ille termin⁹ Propō capit̄ dupliciť
ꝓpositio ꝯsueuit capi dupl'r q̄ꝫtum ad propositū scꝫ p ꝓpōne a nob for/ mabili. ita capim⁹ in cōi nostra logica. Secūdo capitur p propositione a nobis non formabili. ita capiunt domini theologi. Et in re propo/ sitio a nobis non formabilis est deus gloriosus. Quis aūt sit modus de um essendi ꝓpositionē considera egregium correlariū quod ponitur du odecimo methaphisice. Quicquid ē in deo est deus. q̄re omnis cognitō ois scia. ois ꝯcept⁹. om̄is ꝓpō in deo existens est deus met gloriosus. et sic deus est propositio vera falsa possibilis ipossibilis necessaria qui i eo sunt tales ꝓpōnes. ergo. Sꝫ deus nō ē ꝓpō dubia q2 in eo nō ē talis cū sibi nihil sit dubium. Ad sophisma respondetur ꝙ ipm̄ de rigore ver R. ad sophisma
borum est ꝓpō falsa ⁊ impossibil' qa rōnal' mala cōsequentia Prio quia Primo
sic esse sicut per eius antecedens significatur esse ita possibile est esse abs/

q; hoc q ita sit sicut p ꝯñs significat esse. Scđo io q2 cõtradictoria eius
est necessaria. Tercio q2 eius subalternata est impossibilis. ergo subal-
ternans. Quarto q2 oppositũ ꝯdictoriũ ꝯñtis non repugnat añcedẽti.
Quinto q2 ex opposito ꝯdictorio ꝯñtis nõ seq̄tur oppositũ antecedẽtis. ⁊
hec rñsio vz capiendo ly ꝓpõ cõiter vic; p propõne a nobis formabili.

Sophisma hab; tres sensus veros

Est tñ notandũ. q sophisma h; tres sensus vos. Prim⁹ qñ ly ꝓpõ ca-
pit p q̄libet propositõe siue a nob formabili siue nõ formabili. Scđs
qñ ambe copule absoluuntur a tempore. Tercius quando copula cõ
sequentis absoluitur a tempore quia in illis tribus sensibus consequens
semper erit necessarium.

Solutiõ correlarijs argumenta ꝯ sophisma

Correlarium. Non sequitur q sophisma sit
bona consequentia. probando quod consequens sit necessarium videl;
aliqua propositio est vt quia quandocunq; est ipsa est vera. Respon-
detur q antecedens ⁊ consequens sunt ꝯtingẽtes propositões dũmodo

Scđz

copule ipoꝛtãt tempus ergo põt ꝯñs esse falsũ. Correlariũ. neq; seq̄t
ꝯdictoriũ ꝯñtis repugnat antecedenti. ergo sophisma est bona cõseq̄ȇ
tia. ꝓbando antecedẽs quia illa copulatiua nunq; potest esse vera. aliq̄d
est ⁊ nulla ꝓpõ est. Respondetur q ipsa sit possibilis. q̄a in casu potest

Terciũ

sic esse sicut ipsa significatione totali propositionali significat. Corre
larium. Contradictorium sophismatis est impossibile. ergo sophisma
est necessarium. probatur antecedens quia est vna rationalis que nõ est
bona consequentia. quia in toto non est consequentia. ex quo nota illatõis
non affirmatur. Dicendum est q ad veritatem negatiue non req̄ritur q

Quartũ

sit bona consequentia. Correlariũ. Non sequitur ad aliquod eẽ seq̄-
tur aliquã propõnem esse. ergo ad illam aliq̄d est seq̄tur illa aliq̄ propo-
sitio est capiendo ly ad aliquid esse materialiter. si autem capitur persona-

Quintũ

liter tunc antecedens est falsum. Correlarium. non sequitur isti termi
ni sunt bona ꝯña. ergo sophisma est bona ꝯña posito q sortes legat so-
phisma retrograde demonstrando terminos tituli sophismatis. Et qñ
sic arguitur. isti termini sunt bona consequẽtia ⁊ isti termini sũt h̄ sophi
sma. ergo hoc sophisma est bona consequentia. tenet consequentia expo-
sitorie. Dicatur q non arguitur expositorie q̄a non a qualibet premissa-
rum ad vnam de omni valet ꝯña. q̄a nõ seq̄tur isti termini sunt bona cõ
sequentia. ergo omne ens quod est isti termini est bona cõsequentia. p;
q̄a sophisma est ens quod est isti termini. ⁊ tamen non est bona ꝯña.

Arguendo de p̄rio ad vltimũ

Circa illud sophisma cõiter ponitur vna regula consequentiaru;. ar
guendo a primo ad vltimũ est bona cõsequentia. Notandum q con-
sequentia de primo ad vltimũ est ꝯña. in q̄ prehabit; multis ꝯsequẽtijs
assumitur totale antecedens pme ꝯñe vel sibi sinonimũ ⁊ infertur tota-
le cõseq̄ues vltime cõsequẽtie vl' sibi sinonimũ. vt sortes currit. g̃ homo
currit et vltra. homo currit. ergo animal currit. ⁊ vltra. animal currit er
go substãtia currit. ⁊ vltra substantia currit. ergo currens est. Et tunc

Duo requiruntur ad ad regulam,

de primo ad vltimum. sortes currit. ergo currens est. Et ad ꝟitatẽ isti-
us regule p̄ncipaliter duo req̄runt. Primum q omes cõsequẽtie intme
die sint bone. ⁊ vocantur cõsequẽtie intermedie omes cõsequẽtie p̄ter vl
tima. Scđ; q i omib; cõsequẽtijs itermedijs añcedẽs sequẽtis cõseq̄ȇ

De cōsequen. Tercia qō

tie capiatur in sensu in quo est sinonimum antecedenti precedentis con
sequentie imediate ita ꝙ nec plus nec min⁹ sumat̄ in añcedente sequen-
tis ꝯsequētie q̄ꝫ fuit cōseq̄ns p̄cedēt̄ꝫ cōseq̄ntie. Ex q̄ patet ꝙ nō seq̄tur
aliquid est. igitur q̄ōlibet est. ⁊ vltra. quodlibet est. ergo illa propositio
est. ⁊ vltra. illa propositio est. ergo aliq̄ propositio est. ⁊ tūc de primo ad
vltimum aliq̄d est. ergo aliq̄ propositio est. q̄a deficit prima conditio. q̄a
illa conseq̄ntia intermedia nihil valet quodlibet est. ergo illa propositio
est. Secundo patet ꝙ non seq̄tur. aliq̄d est. ergo quodlibet est. ⁊ illa ꝓ
positio ē. ⁊ vltra quodlibet est. ergo illa propositio est ⁊ vltra illa propo-
sitio est ergo aliqua propositio est. ⁊ tunc de primo ad vltimuꝫ aliq̄d est
ergo aliq̄ ꝓpositio est. q̄a intermedia prima nō valet Tercio pꝫ ꝙ nō
seq̄tur aliq̄d est. g̊ ita ē ꝙ aliq̄d est. ⁊ vltra. ita ē ꝙ aliq̄d est g̊ veruꝫ est ꝙ
aliq̄d ē. ⁊ vltra. verum est ꝙ aliq̄d est. g̊ hec ē vera aliquid ē. ⁊ vltra. hec
est vera. aliquid ē. g̊ hec ē aliq̄d ē. ⁊ vltra hec ē aliquid ē. g̊ aliq̄ ꝓpō ē. et
tunc de p̊mo ad vltimū. aliquid ē. g̊ aliq̄ ꝓpō est. Quia si ly ita capitur
pro termino p̊me intētionis. vt valeat tantū res taliter se habens tūc se-
cunda cōsequentia intermedia nihil valet. Sꝫ capiendo pro termino se-
cunde intentionis vt valet tantū sicut verū tunc prima cōsequētia inter
media non valet vicꝫ aliquid ē. g̊ ita ē ꝙ aliquid est. Si aūt ly ita caperet̄
ꝓ termino p̊me intentiōis i pria cōseq̄ntia ⁊ in scd̄a ꝓ termino scd̄e iten-
tionis tunc deficit secunda conditio. quia tunc antecedens secunde con-
seq̄ntie non est sinonimum consequenti prime consequentie.

Vtrum diffinitio consequentie sit bona. Notandum
ꝙ diffinitio de qua querit questio talis est. Oratio sic se habēs ꝙ impos-
sibile est qualitercūq̄ꝫ ꝑ antecedens significatur pronunc ꝯm eius signifi-
cationē totalē ⁊ propositionaleꝫ quī ita sit qualitercūq̄ꝫ significatur ꝑ
consequens ꝯm eius significationem totalē ⁊ ꝓpositionalē. Et illa diffi-
nitio non valet. quia si ly impossibile capitur ꝓ termino secunde itentio-
nis tunc conuenit huic male conseq̄ntie. aliquid est. ergo aliqua proposi-
tio est. Silr̄ om̄is ꝓpositio est singularis. ergo homo ē asinus. Si aūt
capitur ꝓ termino prime intentōis. sequit̄ ꝙ ibi non eēt cōseq̄ntia sortes
currit. g̊ sortes mouet̄. ⁊ sic sensus diffinitionis variatur penes sensum
diuisum ⁊ compositum. Correlariū. sensus cōpositus ⁊ diuisus mul-
tum variant veritateꝫ ⁊ falsitatem. q₂ ille due differūt soluꝫ in talib⁹ sen-
sibus. omne currēs eē asinū est possibile. ⁊ om̄e currēs possibile est esse
asinū. Similiter ille due. ego cōcedo ꝙ nullum albū eē nigꝝ est possibi-
le. ⁊ ego nego ꝙ nullū albū possibile est eē nigꝝ: Correlarium. Angli
ci sic diffiniunt cōsequentiā est debita habitudo consequentis ad antece
dens de quorum diffinitōe non est ad ꝓpositū. Sed de diffinitione hu
gonis bone consequentie de qua superius est memoratum que datur
a priori de q̄ ad ꝓpositū. Et habet sic intelligi diffinitio cum diffinito.
Cōsequentia bona a p̊ori est oratio sic se habēs ꝙ sic esse sicut per eius
añs ꝓnūc significat̄ esse significatione totali ⁊ propositionali. Ita impos-
sibile est esse absq̄ꝫ hoc ꝙ ita sit sicut per eius consequens pronunc signi-

Diffinitio ꝯñe de q̄ q̄rit questio

Non valet

Intellect⁹ diffinitōis

ficatur eē significatōe totali ꝛ ꝑpōnali. vt homo currit. ergo animal cur rit. Dicitur a priori. qa illa diffinitio datur penes modum significandi. ꝛ sic oportet ꝙ si ꝯña dꝫ esse bona ꝙ ꝑpositio inclusa in diffinitione sit vera pro re vel habitudine significata per antecedens talis consequentie. sed a posteriori ꝯña ꝑus fuit diffinita vicꝫ penes aňs ꝛ ꝯňs ꝛ notaꝫ illationis. Dꝛ orō. qa orō ꝑpōni ꝑpōnalis est ꝯña. vt si sortes curreret sortes moueretur. Dicitur in diffinitione pronunc qa adhoc ꝙ aliquid sit ꝯña an sit bona vel mala non debet admitti casus impositionis terminorum. Sꝫ dn̄t termini accipi in modis significandi in qbus nunc sunt impositi actu. Et lꝫ impossibile debet capi in diffinitione ꝑ ťmino ꝑme intentionis. ita ꝙ ista particula ita ĩpossibile est esse valeat tantū. i. ita nō potest esse. Correlariū. nō semꝑ ꝯña est bona q̄ sic se habet ꝙ in nullo casu antecedens est veꝝ consequens falsū. ꝛ ergo non sequiť in nullo casu aňcedēs ē veꝝ ꝛ ꝯňs falsū. ergo cōsequentia est bona. quia in duobꝫ casibus datur istantia. Primꝰ qn̄ aňcedens ē impossile vel consequens est necessariū. rebꝫ stantibꝫ vt nūc. Scd̄s qn̄ aňs falsificat seipm. vt oĩs ꝑpō est singularis. g̃ hō ē asinus. vł qn̄ ꝯňs verificat seipsum. vt omnis ꝑpositio est affirmatiua. ergo illa est singularis demonstrādo cōseques eiusdem consequentie. Ad questionēꝫ respondetur. ꝙ questio vt proponitur est vera. quia aliqua diffinitio consequētie est bona. vt patet de illa supra ad sensum intellecta. Et in titulo lꝫ ꝯñe stat materialiť. Et ex diffinitione patet ꝙ hoc non est bona consequentia. cuiuslibet hominis quilibet asinus currit. ergo quilibet asinus cuiuslibet hominis currit. quia in casu in quo quilibet homo habeat asinos currentes sic est sicut per antecedēs significatur esse pronunc ꝛ tamē nō est sic sicut ꝑ ꝯňs significatur eē. Nec seqtur homo currit. g̃ hec ē vera hō currit. qa si cras homo curreret. ꝛ ista propositio hō currit nō fieret cras. aňs eēt verum ꝛ ꝯňs falsū. Nec sequitur. hec est vera. hō ē asinus. ergo homo ē asinus. quia in antecedente lꝫ homo est asinus stat materialiter ꝑ se et sibi simili ꝑsonaliter capto. ꝛ ergo imponať aliqua talis ꝑpō homo est asinꝰ ad significandum sinonime cum illa. hō est animal. aňs est veꝝ ꝯňs falsum. Nec disconuenit illa particula pro nunc. qꝛ nullus terminꝰ in ꝯña positus imponatur ad significandum aliter q̃ꝫ pro nunc ꝛ actu significat vł absoluať copula in vna eaꝝ. Correlariū. illa ꝯña nō valet. sortes currit bene. ergo sortes currit bonus in casu ꝙ actus currendi quem sortes facit sit bene dispositus. ipse tamen sortes sit malꝰ hō. antecedens est veꝝ ꝛ consequens falsū. qa lꝫ bene appellať formali significato huiꝰ verbi currit. adiacere suū formale significatum ꝛ denotat ꝙ actus currēdi sit bonus. Sed lꝫ bonus appellat subtrato huius termini sortes. et denotat ꝙ sortes sit bonus. Correlarium. Jlla consequentia nō valet. ego piscem comedi igitur ego comedi viuū qui a ĩ casu in quo comedissem materiā ꝛ formā sepatas alicuius piscis q̄ quondam fuit piscis ꝛ iam sint separate ꝛ postq̃ꝫ ego comedam tūc reuiuāt in ventre. antecedens est verum ꝛ consequens falsum. quia antecedens valet tm̄. ego comedi piscem qui fuit. ꝛ hoc est veꝝ ꝛ ꝯňs est falsum. quia valet tantum

Non satꝫ ē aňcedēs nō ꝑt eē veꝝ sine ꝯñe igiť ꝯña ē bona

R. ad q̄ōnem

Declarat ꝯñtias

Scd̄o

Tercio

Quarto

Quinto

ego comedi viuū ꝓ eo tpe ꝓ quo fuit viuū q꞉ appellāt ꝓ eodē tēpoꝛe ver
bi ex regula de appellatione. Coꝛrelariū. Ista ꝯña nihil valet. soꝛtes Sexto
⁊ bꝛunellus sunt frēs. ergo homo ē asinus. in casu quo quilibet haberet
fratrē. aūs est verum ⁊ ꝯñs falsū. Et quando arguitur. ergo sunt sibi in
uicem frēs. ⁊ probatur ꝑ regulā magr̄i allexandri. Cūcꝫ relatio. Dicat
ꝙ regula eius intelligitur de relatiuis equiparentie. vt ibi isti sunt siles
⁊ isti sunt siles sibi inuicem. non autem est sic in relatiuis disquiparentie
quare illa conceditur. rex vngarie ⁊ dux bauarie sunt fratres ⁊ tamē ali//
as esset falsa q꞉ nō sunt sibi inuicem fratres. Coꝛrelarium. Illa ꝯña Septimo
tu vocaris asinus. ergo tu es asinus. nihil valet quia ly asinus in antece
dente stat materialiter. ⁊ in consequente personaliter. Etiam posito ꝙ il
lud dicatur vocari aliquo noīe ꝓpter hoc quia tale est sibi impositum.
licet in nullo casu antecedens sit verum ⁊ consequens falsum. tamen an
tecedens est possibile ⁊ consequens impossibile quia possibilitas atten//
ditur penes significationes terminoꝛum quam actu habent. modo pos//
sibile nuncꝫ infert impossibile. Sed antecedens pꝛobatur quia esse po//
test ꝙ aliquis vocetur hoc nomine asinus. Etiam posito ꝙ nuncꝫ fiat. si
tamen fieret consequens etiam fieret verum videlicet tu es asinus. necꝫ
postea sequitur. tu es asinus. ergo tu es rudibilis necꝫ conuertuntur illi
termini. quia ly asinus supponit pꝛo aliquo pꝛo quo ly rudibilis nō sup
ponit in casu argumenti. Coꝛrelarium. illa consequentia non valet. ille Octauo
puer vocabitur iohannes ergo ille puer erit iohanues ex eadem causa.
q꞉ ly iohannes in antecedēte stat materialiter. ⁊ in consequente persona//
liter. Sed ista bene valet ille puer erit iohannes. ergo homo est asinꝰ Nono
quia nullus terminus discretus supponit pꝛo aliqua re nisi priꝰ sit iposi
tus ad significandū eādeꝫ rem.

Sophisma

**Omnis pꝛopositio est affirmatiua. igitur nulla est ne
gatiua.** Notandum ꝙ circa illud sophisma sunt due opiniones famo
se. Pꝛima est magistri hugonis qui tenet ꝙ pꝛopositio solum sit ꝓpo Pꝛima Opinio ꝙ ali//
sitio in oꝛdine ad eius mentalē sic ꝙ si aliquid debet eē pꝛopositio requi// quid solū sit ꝓpō in oꝛ
ritur ꝙ quis actu habeat eius mentalē. ⁊ sic in diffinitione pꝛopositio// dine ad eiꝰ mentalem
nis significans debet impoꝛtare actum. Et sic nulla pꝛopositio vocalis
vel scripta est pꝛopositio nisi actu aliqua mentalis ei coꝛrespondeat. Et
ꝙ nihil sit pꝛopositio nisi actu significet hoc tenet mar. in obligatoꝛijs ⁊
hugo in pꝛesenti sophismate. Et dicit pꝛimo illa opinio ꝙ termini in Pūcta huiꝰ opinionū
libꝛis clausis nō supponāt. ⁊ licet tractatu suppositionum tenuerit ꝙ ter Pꝛimo
mini in libꝛis clausis supponant tamen solū disputatiue tenuit. Et fecit
hoc ꝓpter enucleare opinionē oppositā. vltimate tamen stetit in ista opi
nione sua. Secundo dicit ꝙ non dantur ꝓpositiones multiplices sicͭ Secundo
pꝛius ⁊ opoꝛtet aliter describere quia marsiliꝰ in elencoꝝ adhuc distin//
guit multiplex scꝫ fantasticum ⁊ sophisticum. Tercio dicit ꝙ pꝛopositio Tercio
mentalis potest esse sine vocali vel scripta. sed non econuerso. Quarto Quarto
dicit ꝙ omnes ille sint impossibiles. omnis pꝛopositio est vocalis. om̄is

Quinto
Sexto

Septimo

Arguitur ꝯ Primo
Secundo

Tercio

Quarto

Scd̃a opinio ꝯria pri me opinioni

ppō est scripta. tantū ꝓpositio vocal' est ꝓpositio. q̃a semꝑ illarū mentales etiā sunt. Quinto dicit ꝙ ille ꝯñe sint bone vocalis ē ergo mentalis est. ꝓpositio vocal' est. ergo due ꝓpōnes sunt. Sexto dicit ꝙ circumscribitur multiplicitas propōnum non sic ꝙ no n sint multiplices. sed sic ꝙ vox vel scriptum habens plures sensus ꝓpōnales non est vna ꝛ eadem propositio in nūero. in ordine ad diuersas mentales. licet sit idē scriptū vel eadem vox. q2 propositio vocal' vel scripta capit idēptitatē materialē a sua mentali. Septimo Biri. dicit in sua summa ꝙ ppō vocalis vl' scripta soluꝫ dicitur ꝓpō. sic vrina dicitur sana q̃a vna vrina nō dicit' sana eo ꝙ sit bona. sꝫ q2 representat sanitatē. sic etiam est de ꝓpōe vocali vl' scripta que non est propositio. sed representat propositionem scꝫ eius mētalem. Contra illam opinionem sequitur ꝙ idē respectu eiusdē centies fieret propositio ꝛ totiens desineret eē ꝓpō. Secundo seqtur ꝙ nūq̃ haberemus duas ꝯdictorias vocales. q̃a postq̃ ꝓfero scd̃am non aduerto circa p̄maꝫ ꝛ sic non erit mihi ꝓpō. Tercio seqtur. ꝙ idē esset concedendū ꝛ negandū. q2 sophisma conceditur vt bona ꝯña ꝛ negatur vt falsa ꝓpositio. Quarto sequitur ꝙ assensus ꝛ dissensus eiusdeꝫ propōnis starent simul quod est falsū ꝛ impossibile. q2 sunt q̄litates ꝯrie. Est alia opinio nunc communior ꝛ cōis schole tenens ꝙ propō vocalis vl' scripta sit propositio. etiam non in ordine q̄ ad eius mentalem. ita ꝙ ad hoc ꝙ propositio vocalis vel scripta sit propositio non oportet ꝙ actu significet sed sufficit ꝙ nata sit significare apprehendēti terminos. ꝛ non oportet ibi esse actualem mentalem. Et ꝭm illam viam ly significans in diffinitione propositionis importat aptitudinem. Et dicit consequenter oppositum oīum supradictorum ꝓ p̄ma via adductorum. ꝛ fundat se super inconueniētibus quatuor supra positis. Consequenter dicit ꝙ ille terminus prop ositio ꝭm illas duas vias equiuocatur. q2 ꝭm p̄maꝫ importat actum et connotat. Sed iuxta secundam connotat potentiam vel aptitudinem. His p̄missis respondetur ad sophisma. ꝙ sophisma est bona consequentia sed falsa propositio. ꝛ sic ꝭm p̄mā viā sophisma conceditur vt consequentia ꝛ negatur vt propositio. Pro quo est sciendum ꝙ a triplici statu ꝓpositionum sumuntur tres passiones ꝓpositionum vt concedendum a ꝓpōne vera negandum a propositiōe falsa ꝛ dubitandum a propositione dubia summūtur. Et isti termini capiuntur dupliciter. Uno modo vt solum attribuunt' propositōi. ꝛ sic omnis propositio vera est concedenda. ꝛ omnis propositio falsa est negāda ꝛ isto modo nihil est concedendum vel negandū nisi ꝓpositio. Et vt sic concedere propositionē est assentire ꝓpositioni vere. Alio modo capiuntur large prout etiam attribuuntur consequentie. ꝛ sic concedere vt consequentiam bonam est assentire alicui propositioni in hoc ꝙ sit bona cōsequentia. ꝛ ly concedendum vniuoce extendit se ad illa. Potest tamen probabilius dici ꝙ fiat equiuoce a consilio. quia propositio p̄incipaliter dicitur sciri ꝛ consequentia minus p̄incipaliter. Sed iuxta secundaꝫ viam respondetur ad sophisma. ꝙ sophisma est falsum, ꝛ impossibilis propositio quia rationalis mala consequentia quia sic esse sicut per an-

R. ad sophisma ꝭm p̄mam opinionem

R. ad Sophisma ꝭm Scd̃am opinionem

tecedens significatur esse pronunc. ita possibile est esse absq; hoc q ita sit
sicut per consequens significatur esse quia in casu quo cras solū illa pro//
positio fiat non deus est. Arguitur contra viam hugonis. ponatur q Arguitur ꝯ p̄mā opi
sit illa vocalis. non deus est ⁊ sortes capiat negationem neganter et alter nionem.
infinitanter tunc antecedens est verum ⁊ consequens falsum. assumptū
probatur quia omnis propositio sortis est affirmatiua. ⁊ ꝯn̄s est falsū
ꝑbatur q2 aliqua ꝑpositio platonis ē negatiua. Cōfirmaṫ. oppositū Secundo
ꝯdictorii non repugnat antecedenti. ergo assumptum ꝑbatur q2 illa co
pulatiua est possibil' aliqua propositio ē negatiua. ⁊ om̄is propō ē affir//
matiua. assumptū probatur. ⁊ ponatur iterum q vnus capiat negatio//
nem neganter ⁊ alter infinitanter. Confirmatur. nullum falsū scitū Tercio
esse tale extra tp̄s obligationis est concedendum. Sed sophisma est fal//
sum scitum esse tale extra tempus obligatiōis. ergo sophisma non ē con
cedendum. tenet consequentia in ferion. Ad prima duo argumenta R̄. ad p̄ mū
respondetur vno cū textu q non est eadem propositio in numero in casu Ad scōm
argumenti. quia idemptitas numeralis propositionis s̄m talem viam
sumitur a mentali Ad tericum respondetur. q hoc intelligitur vt pro Ad terciū
positio ⁊ regula obligistica non negat quin possit concedi vt consequen//
tia. Correlarium. s̄m primam opinionem illa est falsa. nullum fal// Declarat aliq̄. correla//
sum est concedendum. sed conceditur sic. nullum falsum est condendum ria
vt ꝑpositio. Correlariū. ponaṫ q in illa nō de' est vnus capiat nega// Secūdo
tionē neganter ⁊ alter infinitanṫ tūc ipsa quo ad ambas mentales non
est ꝑpositio. sed est ꝑpō plures. Sed seorsū ꝯsiderando tūc iuxta scōam
viam ē affirmatiua et negatiua. Correlariū. nō sequiṫ tu ꝯcedis hāc Tercio
consequētiā. ⁊ hec consequētia ē hec ꝑpō. g̊ tu concedis hāc ꝑpōnem q2
arguiṫ a nō appellato ad appellatū rōe ly hec ꝑpō. q̄a cōsequēs valet tā
tum. tu concedis hanc ꝑpōnē ea rōe q̄ ē ꝑpō mō h̄ est falsum. Corre Quarto
lariū. nō seq̄tur sophisma est v̄a cōsequentia. ⁊ ōis cōsequētia ē ꝑpositio
g̊ sophisma ē v̄a ꝑpō q2 determinatio medij in maiore dz sibi addi in mio
re ⁊ omitti in conclusione. Correlariū. q assensus ⁊ dissensus eiusdē Quinto
ꝑpōnis diuersimode cōsiderati bn̄ stant in eodē itellectu. vt pz in sophis
mate cū quis assentit sophismati vt bone cōsequentie ⁊ dissentit ei tanq̄
false propositioni.

Vtrum omnis cōsequentia sit simpliciter necessaria

Notādū q ly simpl'r. vno mō distinguiṫ ꝯ s̄m q̄d. sic capit Aristo. scōo
elencoꝝ. Scōo vz tm̄ sic sine addito sic capit Arist. p̄mo topicoꝝ in fine
vbi dicit quicquid dico simpliciter dico. Secundo notandum q ly Necessariū capiṫ trib'
necessarium capitur tribus modis. Primo ꝑ termino p̄ie intentōis modis
⁊ sic ē res que nō potest nō eē. ⁊ isto mō sol' deus est necessariū. ⁊ sic ē in
tercia sp̄ē q̄litatis. Et lz chimera nō possit non eē tamen nō ē necessariū
q2 nō ē. Scōo capiṫ ꝑ termīo scōe intentionis put attribuitur ꝑpōib'
⁊ tunc necessariū ē ꝑpō necessaria. Et ē duplex ꝑpō necessaria: s. simpl'r
⁊ s̄m q̄d. Tercio capiṫ iteꝝ ꝑ termino scōe itentōis put attribuiṫ ꝯn̄ijs.
sic q̄libet cōsequētia vocaṫ nec̄ia q̄ ē bōa. Corr. ille t̄min' nec̄ium ē eq̄// Correlarium primo

Secundo

Tercio

Quarto

Cõsequētia vt nunc

R. ad qõnem pmo

Scdo

Tercio

Quarto

Declarat aliq correlaria

Scdo

Tertio

Quarto

uocum ad propositionem necessariaʒ ꝛ consequentiaʒ necessariā. vel ad necessitatem propositionis ꝛ necessitatem illationis. Correlariū. Et regula qñ huic qđ est necessariū additur terminꝰ importans illationē tunc dicit necessitatē illationis. Sʒ qñ sibi non additur terminꝰ importans illationē vel aliud subiectū tunc propositio est distinguenda vicʒ quaʒ necessitatē dicat qa ſm hugonem ē equiuocū a casu. ꝛ ergo potest ad vtrunqȝ accipi. Correlariū. necessitas illationis nō est aliđ nisi ipsa ꝯña cuius nota denotat ꝯñs necessario seq ex antecedēte. ꝛ sic idē est veritas bonitas necessitas ꝛ contingētia ꝯñe. Correlariū. hugo addit simplr nō abs re. i. non sine causa. qa aliq dicebāt ꝙ ꝯña diuideret in ꝯñaʒ simplr bonā ꝛ ꝯñam vt nunc. Uñ est sciēdū. ꝙ ꝯña vt nunc ē ppō ꝯonalis sic se habens ꝙ rebus hñtibꝰ se vt nūc añs ꝛ ꝯñs eiusdem sunt ppones vere vt magister sedet. ergo magr legit sed talis nō est ꝯña. Sʒ ꝯña simpliciter bona est de qua sonuerūt diffinitiones pus a priori ꝛ a posteriori. Tercio notandum. ꝙ sic ille terminus necessariū capit tribus modis. ita etiam illi termini verum falsum ꝯtingens ꝛ ipossibile. Et lʒ bona vera necessaria ꝛ possibilis ꝯuertunt. sic etiā mala falsa ꝛ ipossibil' cōuertuntur. Per hoc respondet ad questionē. capiendo lʒ ꝯña p omni ꝯña tam creata qȝ increata. ꝛ lʒ necessario pro termino pme itentōis qđ est falsa. qa pdicatū non conuenit cuilibet supposito subiecti. vt pʒ de illa sortes currit. ergo sortes mouetur. ſʒ est falsa possibil'. vt si solus deus sit cum qōe qđ est vera. qa tunc deus est ꝯña increata ꝛ est necessaria qa non pōt nō eē. Secundo dicendū. capiendo lʒ ꝯña solū p ꝯña creata et lʒ necessario pro termino prime intentionis qđ ē falsa ꝛ ipossibil'. Tercio dicendum capiēdo lʒ ꝯña cōiter ꝛ lʒ necessario p termino secunde intentionis put attribuit ppōibꝰ qstio est falsa. qa valet tm. oīs ꝯña ē propositio necessaria ꝛ hoc ē falsum de illa. hō est asinꝰ. ergo homo est aial. ſʒ est falsa possibilis. qꝛ dato ꝙ solū conditionales bone ꝯñe sint cuʒ qōne qđ erit vera. Quarto dicendum capiēdo lʒ ꝯña cōiter. ꝛ lʒ necessario pro termino pme intentōis put attribuitur ꝯñtijs qđ ē vera ꝛ hec est intentio autoris qa valet tantū. oīs ꝯña est bona. Concedūt ergo omnes ille virtute regule topicalis. oīs ꝯña est bona. oīs consequētia ē necessaria. omīs consequentia ē mala. omīs ꝯña ē ipossibil'. omnis ꝯña est falsa. ꝟa contingens possibilis. ꝛc. Sed illa ē negāda de rigore. Aliqua ꝯña est neganda. qa valet tm aliqua ꝯña ē neganda ꝯña. Sʒ hugo ꝯcedit cā prout lʒ neganda capit substratiue. Correlarium. nō sequit illa ꝯña est ꝟa. ergo illa ꝯña est ꝟa propositio. Nec illa ꝯña ē ipossibilis. ergo illa ꝯña ē ipossibil' ppō. vt pʒ de ista. si hō currit al' currit pro secunda parte. Sed p pma pʒ ibi. oīs homo currit. ergo al' currit. qꝛ in talibus consequētijs equocatur lʒ ꝟa ꝛ impossibilis Correlariū. omne qđ ē necessariū ex illatōe ē simplr necessariū ꝛ nō diuidit necessarium ex illatione in simplr ꝛ ſm quid. Correlariū. lʒ necessariuʒ nō hʒ ampliare quia non importat potentiam. ꝛ lʒ in eius diffinitōne exprimatur potentia tamen non oportet terminū omīa ꝯnotare q in eius diffinitiōe exprimuntur. Correlarium. Capiendo ppōnem modalē large tunc

questio est modalis ꝑut ly simpliciter determinat copulam sed non ca-
piendo stricte. idem est ibi sortes essentialiter est hō. sortes accidētaliter
est doctus. Correlariū. Ois ꝓpō mundi aut est necessaria aut ipossi Quintū.
bilis aut ꝯtingens aut vtrūlibet Correlariū. Nulla ꝓpō modalis ō Sextū
extremis irrestrictis est ꝯtingens ad vtrūlibet. Dr̄ de extremis irrestri
ctis ꝓpter illam. hoiem possibile est esse oēm hoiem q̄ est. Correlari Septimū.
um. Quelibet ꝓpō de disiuncta copula vbi secūda negaᵣ est necessaria
vt sortes est vel nō est asinus Correlariū. Illa ꝓpō aliqd est. nunq̄ ē Octauum
falsa sine noua impositōe. ꝛ tñ nō est necessaria. q2 si deus destrueret oē
tempus fieret falsa. Dicūt tñ alij ꝓ regula ꝙ ois ꝓpō cuiꝰ subiectuz si- Regula.
gnificat oēm rem mūdi vel adeq̄te rem indepēdentē. talis ꝓpōnis copu
la absoluiᵣ a tp̄e. vt ens est aliqd est deus est necessariū est. ꝛc̄. ꝛ sic bene
sequitur. deus ꝛ totū vniuersuz sunt. g̊ necessariū est. q2 ꝯñs est ꝓpō ne
cessaria. Hec est regula linconiensis dic sicut placet Correlariū. Illa Nonum.
ꝯña nihil valet. sortes currit in domo. g̊ aiam sortis plato habens non
emit pisces in foro. in casu q̄ aia sortis sit replicatiue in sorte ꝛ platone
antecedens esset veꝝ et ꝯñs falsum. Et non sequiᵣ. g̊ sortes est plato. q2
identitas indiuidualis nō arguiᵣ ex forma. secus esset si sic cōcluderetur
ergo materiā ꝛ formā sortis plato hn̄s est sortes. Correlariū Illa cō Decimum
sequētia. in danubio est ois aq̄. g̊ in danubio nō est aq̄ capiēdo ly aq̄ ab
solute. ꝛ nō ponēdo puncta bene valet. q2 antecedēs est impossibile. Et
ibi ly ens stat determinate ꝛ est ꝑs p̄dicati. Si aūt ponunᵣ pūcta vel ly
aqua capitur connotatiue nihil valet. idem est ibi In domo est omnis
homo. ergo in domo non est homo.

Sophisma.

Nulla propositio est negatiua. ergo aliqua est nega
tiua. Notandū ꝙ ip̄m est ꝓpō rōnalis ꝛ habet omnes oppositas. Et
circa illud sophisma p̄supponunᵣ acceptiones illius termini ꝓpositio.
Secundo notandū ꝙ illud sophisma moueᵣ principaliter ad sciēdū Sophisma ido mo-
ꝙ nulla ꝓpō negatiua infert affirmatiuam nisi negatiua sit impossibilis uetur.
aut affirmatiua necessaria. q2 negatiua nihil ponit. ꝙ aūt negatiua im-
possibilis infert affirmatiuam. hoc nō est rōne sui sed rōne impossibili R. ad sophisma.
tatis an̄cedentis. Per hoc r̄ndeᵣ ad sophisma ꝙ ip̄m est falsuz ꝛ im Primo.
possibile de rigore ṽboꝝ. q2 rōnalis mala ꝯña exeo ꝙ an̄s est negatiuuz
ꝛ ꝯñs affirmatiuum. ꝛ cū hoc ꝯñs est ꝯtradictoriū an̄cedentis. mō ni
hil infert suū cōtradictoriū nisi impossibile. Sed sic nō est de antecedē-
te. Et in casu quo cras solum fieret ista ꝓpō. deus est tūc cras sic fieret si
cut ꝑ an̄s significaᵣ esse ꝓnunc. ꝛ nō fieret sicut ꝑ ꝯñs significaᵣ esse pro
nunc. Etiam dabilis est casus in q̄ an̄s est veꝝ ꝛ ꝯñs falsum. Utamur
vna hora ꝓ tempore presenti ꝑ cuius secunda medietate nō sint ꝓposi-
tiones sed ꝑ prima sint multe ꝓpositiones cum sophismate ꝛ copule so-
phismatis importantᵃ adequate secundam medietatem hore. tunc illa ē
vera. nulla ꝓpositio est negatiua. quia valet tantū nulla propositio ꝑ se-

cunda medictate illius hore ē negatiua. Et illa est falsa aliq̄ propositio est negatiua q2 valet tantum. aliq̄ propositio pro secunda medictate illi lius hore est negatiua. Sed iste casus magis est difficultatis q̄z vtilitatis.

Secundo — Secūdo dicendum. capiendo negationem infinitanter in sophismate tunc sophisma est bona ꝯña. sed falsa ꝓpõ. q2 añs est falsum

Tertio. — Tertio dicendū. absoluendo copulam cōsequentis ⁊ nō antecedētis sophisma itez est bona ꝯña. sed falsa ꝓpositio. quia antecedens falsificat seipsum.

Quarto. — Quarto dicendum. ferendo ex certificatiōe ly nulla in totū seq̄ns sophisma nec est bona nec mala ꝯña. q2 nota negatur. Sed hoc nō pōt fieri. q2 negatio vni⁹ cathegorice nō fertur in terminos alterius cathegorice.

Quinto — Quinto dicendū. absoluendo copulam añcedentis. sophisma est bona ꝯña sed falsa ꝓpositio. quia añs est impossibile. ⁊ valet tantū. nulla ꝓpõ que est vel fuit vel potest esse est negatiua ⁊ hoc est impossibile.

Sexto. — Sexto dicendum. capiendo ly negatiua ꝑ termio prime intentionis ⁊ ampliatiue sophisma est bona ꝯña. q2 añs est impossibile vt patet. ⁊ ꝯsequens est necessariū q2 valet tantū. aliqua ꝓpõ est vel fuit vel potest esse negatiua. Patet ergo q̄ oīs consequentia cui⁹ antecedēs ē impossibile est simpliciter bona. ⁊ oīs cōsequētia cuius ꝯñs est necessariū simpliciter est bona. De illo habetur circa questionē. vtrum ad impossibile seq̄tur quodlibet.

Declarat argumēta et ꝯñas in correlariis Primo. — Correlariū. Non sequit̄ ꝯtra sensum falsum nulla ꝓpõ est negatiua. g̊ hec est vera nulla ꝓpõ est negatiua. Et vltra. hec est vera. nulla ꝓpõ est negatiua. ergo hec ē nulla ꝓpositio ē negatiua. Et vltra. hec est. nulla ꝓpõ est negatiua. ergo aliqua ꝓpõ est negatiua. ⁊ tūc de primo ad vltimū. nulla ꝓpõ est negatiua g̊ aliqua ꝓpositio est negatiua. quia prima ꝯña intermedia nihil valet. Unde in casu sophismatis sic est sicut per antecedens ⁊c.

Secundo. — Correlariū Bene sequit̄. Omne ens qd̄ sortes audit plato profert. ⁊ sortes audit bonam ꝯñam. g̊ plato profert bonam ꝯñam. in casu quo plato ꝓferat sophisma ⁊ sortes nō audiat ly nulla. q2 si ꝑs ꝓpōnis est ꝓpõ. tunc ꝯñs est verum. Si aūt pars ꝓpositōis nō est ꝓpõ tunc minor est falsa. Sed nunq̄z est argumētum in dariȷ. q2 distributū a ꝑte subiecti in maiori nō p̄dicatur in minore. Et sic etiam bñ sequit̄. quicq̄d sortes audit plato ꝓfert. ⁊ bona ꝯña est ens qd̄ sortes audit. g̊ bonam cōsequentiā plato ꝓfert. ⁊ est argumētum in dariȷ.

Tertio — Correlariū. Illa cōsequentia est bona. homo currit. g̊ animal currit. Et si q̄s diceret volo imponere ly homo ꝑut sit sinonimū cum ly lapis ⁊ ly currit cum substantia. tūc antecedens valet tantū sicut lapis ē substantia. ⁊ volo q̄ nullum aīal currat. tūc antecedens est verū ⁊ consequens falsum. Rñdetur sic nō admittendo. q2 sic nulla cōsequentia valeret. q2 nullus terminus in cōsequētia debet imponi ꝓpter quod in diffinitione cōseq̄ntie dr̄ ꝑnunc. sed possunt bene significata ꝑ terminos in conseq̄ntia positos imponi ad significandū sicut fit. ꝓpter qd̄ illa consequentia nō valet. hec est vera. hō est asinus g̊ homo est asinus. vt supra dictū est. Sic est ibi. hec est falsa. hō est aial g̊ homo nō est aīal.

Quarto. — Correlariū. Non sequit̄ Aliq̄d est. g̊ hec est vera. aliquid est. vt si cras nulla ꝓpõ fieret tunc cras fieret sic sicut per antecedens significat̄ esse. ⁊ tamē

non ⁊c̄. Correlarium. Omnis hō fuit non animal. ergo nō animal est Quinto.
homo. nā posito ꝙ primum instans sit oīm hoīm tūc añs est verū ⁊ con
sequens falsum. ⁊ ꝙ materia ⁊ forma oīm hoīm prius fuissent create. ⁊
capiendo ly ens transcendenter. Correlariū Non sequit̄ Sortes non Sexto.
erit hō ergo sortes nō erit. q̄ de sorte mortuo verū ē dicere. sortes nō erit hō
posito saltem ꝙ nō reꝑducat̄. ⁊ tamē cōsequēs ē falsum. q̄ valet tantuȝ.
sortes nō erit ens vel entia Correlariū. Nō sequit̄. sortes fuit. ergo sortes Septimo.
fuit hō. q̄ si esset primū instans esse sortis ⁊ materia ⁊ forma ipsius diu
fuissent create. antecedēs est verū ⁊ consequens falsum. Correlarium
Nullū dependens aliud a sorte scit septē artes liberales. ergo tm̄ sortes scit Octauo.
septem artes liberales. q̄ in exponibilibus ly res capitur trāscendenter
Et in casu ꝙ sortes sciat omnes septē artes liberales. ⁊ plato q̄ttuor. cice
ro tres. antecedens est verū ⁊ cōsequēs falsum. Correlariū. nō sequi Nono
tur. homo est hoies. ergo homo est asinus: capiendo termios absolute
in antecedente. q̄ vt sic q̄libet homo est plures hoies ꝑtiales. Et capiē-
do in antecedente oēs termios cōnotatiue consequētia nō valet. nec an-
tecedens est impossibile. quia sint due materie B ⁊ C q̄ informent̄ ab
eadem forma replicatiue. scȝ A. sic ꝙ ille materie sint segregate ꝑ prima
medietate hore. Et ꝑ secunda medietate hore vniant̄. tūc hoc est hō to-
talis ꝑ secunda medietate. ⁊ ꝑ prima est hoies totales ⁊c̄.

Utrum consequentia bene diuidatur in materialeȝ ⁊ formalē.

Pro questione nota. ꝙ de accidentalib⁹ illius q̄stiōis vide
tur iudicandū esse sicut de q̄stione supra posita. Utruȝ suppositio bene
diuidat̄ in ꝑsonalē ⁊ materialē vbi visum est ꝙ hec cōsequentia non va-
let. cōsequētia bene diuidit̄ in materialē ⁊ formalē ergo ōis cōsequentia be
ne diuiditur in materialē ⁊ formalē. q̄ ille termin⁹ cōsequētia ꝑsonalit̄
captus in nr̄o casu est ly cōsequētia ⁊ tamē nō bene diuidit̄ in materialē
⁊ formalē. ex q̄ illud q̄d bene diuidit̄ diuisione logicali oportet eē geniti-
ui casus. nec tenet ꝑ regulam ab indefinita ad suā vl̄em q̄ nō sunt i ma
teria naturali sed cōtingenti. Correlariū. Ly cōsequentia in diuisiōe
Marsi. nō supponit ꝑ se. imo nullus terminus capt⁹ materialiter cu-
ius cōceptus abstrahit̄ a cōuenientia in significando soluȝ supponit ꝑ
se. q̄ connotatū deficit. Secundo notandū ꝙ presens q̄stio valet ad Ad multa questio va
hoc ꝙ melius intelligam⁹ diffinitōes cōuersiones sillogismos descen- let.
sus ⁊ aliarū argumētationū genera. Etiā ad cognoscendū argumenta
q̄ Aristo. vocat mag̃ euidētia vt sillogismos ⁊ demōstratōes. ⁊ lȝ Ari-
sto. exp̄sse non dicat formalē. innuit tn̄ in illa ꝑticula eo ꝙ hec sunt.

Tertio notādū ꝙ q̄stio n̄ est diuisio. sed q̄rit de diuisiōe ⁊ tali Cōse-
quentiarū alia est formalis ⁊ alia est material̄. q̄ sic intelligit̄. Cōsequē- Intellectus diuisiōis
tiarū. i. de nūero ꝯñarū q̄dā. i. aliq̄ in certo eius sensu est formal̄. ⁊ alia. i.
⁊ illa q̄ in certo eius sensu nō est formalis ē materialis Correlarium
Diuisuȝ p̄ntis diuisiōis solū est supius in supponēdo ad mēbra diui-
dētia ⁊ nō in significādo. q̄ cōnotant extrinsece sup̄ diuisum. ⁊ ergo est di-

uisio totius in modo in suas partes. Correlariũ. Ly in dicit circum
stantiã partis subiectiue. i. ꝯña diuidit in materialem ⁊ formalez tanꝙ
in terminos inferiores in supponẽdo. Quarto principaliter notãdũ
ꝙ ꝯña formalis ꝭm Marsi. est ꝯña que tenet in oibus terminis quali
tercunqꝫ dispositis retenta ꝯsimili forma. ꝑ oppositum ꝯña materialis
Sed iste diffinitiões de rigore non valent. qꝛ sequit ꝙ nulla cõsequẽtia
esset formalis. qꝛ nulla tenet in omibꝫ terminis Sed sic debent poni ad
Consequentia formalis. intellectum. Consequentia formalis est ꝯña que sic est bona in aliquo
eius sensu ꝙ non est formabilis aliqua alia oratio ad modum conseqn-
tie q̃ si actu esset formata etiam esset bona. saltem secũ forme eiusdem. vt
omnes ꝯuersiones sillogismi argumẽta a sinonimo ad sinonimũ. a sub
alternante ad subalternatam a tota copulatiua ad alterã eius ꝑtem ⁊c.
Consequentia materialis. Sed ꝯña materialis est cõsequentia que sic est bona ꝙ in aliquo eius
sensu est formabilis alia oratio ad modum ꝯsequentie secum eiusdẽ for
me que si actu esset formata nõ esset bona ꝯsequentia. vt hõ currit. ergo
anial currit. Vñ in simili non sequit hõ currit. ḡ asinus currit. ⁊ debent
iste diffinitiões semꝑ limitari ad eundem modum significandi Cor-
Correlariũ primum relarium. Cõseqntia materialis est ita bona consequẽtia sicut formalis
Secundũ. Correlariũ. Non sequit. Illa ꝯña est formalis ḡ quelibet secum eiusdẽ
forme est bona. in casu ꝙ solum illa esset homo est rõnalis ergo rõnale ẽ
Tertiũ. homo. quia añs est verũ ⁊ ꝯñs falsum. Correlariũ. Non sequitur. il-
la ꝯña est formalis. ḡ quelibet secum eiusdez forme est formalis in casu
priori. Silr nõ sequit Nulla ꝯña eiusdem forme cum illa est mala. ḡ ip
sa est formalis. qꝛ si solum illa esset in mũdo. homo currit. igit anial cur
Quartũ rit. Correlariũ. Omnis ꝯña eiusdem forme cum formali est formal
Quintum Correlariũ. Nulla mala ꝯña est formalis vel materialis. Correla
Sextum riũ. In diffinitionibꝫ dictũ est notanter ad modũ cõsequentie. qꝛ qñ fa-
bricatur ꝓpõ eiusdem forme cũ conseqntia materiali. ꝓbãdo per hoc ꝙ
ipsa sit formalis. talis nõ est consequentia sed fabricat ad modũ conse-
Septimũ quentie. Correlariũ. Omnis cõsequentia cuiꝰ antecedens est forma
liter impossibile est formalis. ⁊ ois consequentia cuius ꝯñs est formali
Octauum. ter necessarium est formalis. Correlariũ Hoc est argumẽtũ ab infe-
riori ad supius. ille hõ ꝑ qualibet ꝑte tꝑis presentis est nõ homo. ḡ hõ
est nõ homo. ⁊ tamẽ est cõseqntia formalis. Sed hoc nõ ꝓuenit ex par
te illius regule sꝫ ex eo qꝛ antecedẽs est formaliter impossibile. Et vt
Identitas forme. intelligat illa particula eiusdem forme. Est notandum ꝙ identitas for-
me nõ est aliud nisi vna ꝓpositio eiusdem forme cũ alia vel ꝓpões inter
se eiusdem forme. ⁊ sic vna ꝓpõ est identitas forme nõ absolute conside-
Quattuor reqruntur ad idẽtitatẽ forme. rata. sed inqꝫtum habet se respectiue ad aliam. Conseqnter notãdũ.
ꝙ ad identitatem forme. vel ad hoc ꝙ aliq̃ ꝓpões sint eiusdẽ forme cõ-
muniter quattuor essentialia requirunt. scꝫ eadem qualitas. eadẽ quan
titas. identitas copulaꝝ. ⁊ idem sitꝰ terminoꝝ. Eadem q̃litas debet
Primo requirit eadẽ q̃litas. attendi penes oẽs copulas ꝟbales ⁊ coniũctõnales ita ꝙ quelibet copu
la negata in vna etiã negeɫ in alia. ⁊ q̃cũqꝫ affirmat in vna affirmet etiã
in alia. imo etiã penes signũ exponibile. qđ si negeɫ in vna etiã negeɫ in

De conseq. quinta qō

alia. Propter illud requisitum ille nō sunt eiusdem forme. homo vel asi
nus nō currit. hō non vel asinus currit. Siĺr nec ille. hō qui non currit
mouet. hō qui mouet nō currit. Nec iste. nō tm̄ homo ē aial. tm̄ hō nō
est anial Correlariū. Nō sequit Ille sunt affirmatiue vel negatiue vł
ambe mixte qualitatis. g in eis est eadem qualitas. Prime due partes
patuerunt. tertia aūt patet in illis hō est vel non est asinus. hō nō est vł
nō est asinus Eadem quantitas debet attendi penes quēlibet termi
nū quo ad specialissima suppositōis ita ꝙ si vnus distribuit complete.
ꝙ etiā alter q̇ loco sui ponit distribuat cōplete ⁊ generaliter ita ꝙ quacū
ꝗ specialissima acceptione terminus accipit in vna ꝙ eadem vel ꝯsimi
li ipse vel q̇ loco sui ponit accipiat in alia. Propter qō iste nōn sunt eius/
dem forme. homo est sortes. hō est anial. Nec ille. homo est aial. hō est
omne aial. Nec ille. omnes hoies currunt. ⁊ oēs homines currūt. capi/
endo ly omnes in vna collectiue ⁊ in alia distributiue. Nec ille. Ois hō
albus est aial. omnis essentia diuina est filius. qꝛ in vna subiectum cō/
plete distribuit. ⁊ in alia incōplete. Etiam debet attēdi quātitas penes
modos vt si aliq̄ est vłis vel ꝑticularis ex parte modi ꝙ etiā alia que de
bet esse secum eiusdem forme sit vłis vel ꝑticularis ex ꝑte modi. Et sic
ille nō sunt eiusdem forme. ois homo possibiliter currit. ois hō fortiter
currit. Correlariū Non sequit iste ambe sunt ꝑticulares vłes vel inde
finite. g in eis est eadem quantitas. patet. Identitas copulaꝝ sic de/
bet attendi. ꝙ oēs copule cōiunctionales sint simpłr sinonime siue faci/
ant cathegoricas siue hypoteticas. ⁊ oēs copłe verbales tā ꝑncipales
ꝗ̄ minus principales sint sinonime quo ad significare cum tpe. vł quo
ad absolutionē a tpe. Propter qō iste nō sunt eiusdem forme. hō et asi/
nus currunt. hō vel asinus currit. Nec ille hō est aial. hō fuit aial Vn̄
copule tripliciter sunt sinonime. Primo in modo significandi essentia
li. vt legit ⁊ leget. Scōo in esse copule ꝙ q̄ꝫtum requirit rōne vni⁹. ea
rōne q̄ est actus cōplexiuus vel diuisiuus ꝙ idem requirat rōne alteri⁹
ea rōne q̄ ⁊c̄. Tertio quo ad significare cum tpe vel q̄ ad absolutionez
a tpe. Et vltimis duobꝫ modis capit in ꝓposito. Idem situs termio/
rum vno mō est terminū met situari ⁊ talis est situs intrinsecus. Alio
mō ad ꝓpositum sic attendit ꝙ quotienscūꝗ vnus terminus siue cathe/
gorematicus siue sincathegorematicus siue cōplexus siue incōplexus in
aliqua ꝓpōne ponit in aliq̄ genere sinomeitatis ⁊ in certo ordine qō i eo
dem genere sinomeitatis ⁊ eodez ordine ⁊ totiens alter qui loco sui po
nitur ponat in alia. Propter hoc iste nō sunt eiusdem forme asinus ē asi
nus. ⁊ asinus est rudibilis. qꝛ ly asinus ponit bis in prima. ⁊ in secūda
nullus termin⁹ ponit totiēs. Ex quo patet ꝙ tria requirunt ad eun/
dem situm termioꝝ vicꝫ totiēs ordo ⁊ sinomeitas. Totiēs ꝙ si aliquis
terminus ponit bis vł ter in aliqua ꝓpōne ꝙ alter qui loco sui ponitur
etiā ponat totiens. Ordo ꝙ termini accipiant consimili ordine. ita ꝙ si
aliq̄s terminus ponit a parte ꝑ̄dicati vel subiecti ꝙ alter q̇ loco sui po/
nit a ꝑte eiusdem extremi ponatur. vel si aliq̄ ꝓpō in vna sit an̄cedēs vł
terminus ponat in vna in antecedente qō etiā alter qui loco sui ponitur

Scōo requirit eadez quantitas.

Tertio reqritur identitas copularum.

Copule tripłr sunt sinonime.

Quarto reqritur idē situs terminoꝝ.

Tria reqrūtur ad eūdem sitū terminoꝝ

Primo.

Secundo.

consimiliter ponat᷑. Propter quod cõuertens ⁊ conuersa quãdoq̧ sunt
Tertiũ.
eiusdem forme. Sinomeitas. i. in quocunq̧ genere sinomeitatis aliq̇s
terminus ponitur in vna ꝙ alius in alia ponatur in eodem genere sino
Sinomeitas est q̇ntuplex.
meitatis. Pro quo est sciendum ꝙ sinomeitas terminoꝝ est quintu-
plex. Prima in modo significandi principali. secunda in modo significã-
di essentiali. tertia in modo significandi accidentali vt numerus. genus
⁊ casus. quarta sinomeitas est totaliũ cõplexoꝝ. quita simplex sinomei-
tas vt termini q̇ dicunt᷑ simpl'r sinonimi. Correlariũ. Quãdo aliq̇s
terminus ponit᷑ pluries vt bis vel ter tunc non debet variari genus vel
numerus vel casus. q꞉ iste nõ sunt eiusdem forme. homo currit ⁊ aĩalia
currunt. Similiter iste non sunt eiusdem forme. sortes est homo. sortis
est asinus. Nec ille sortes est asinus. sortis est asinus Nec ille. risibilis asi-
nus currit ⁊ risibiliũ asinus currit. capiendo ly risibilis in gtõ. Cor-
relariũ. Numerus ⁊ casus respiciũt tã sincathegoremata q̃ cathegore-
mata. sed genus solũ respicit sincathegoremata. q꞉ ille sunt eiusdem for-
me. hõ currit. aĩal currit. Sed ille nõ sunt eiusdẽ forme. nullus hõ cur-
Utrum ista quattuor sufficiant ⁊c̃
rit. nulla homo currit. Dubitat᷑ vtrum ista q̃ttuor sufficiant ⁊ requi-
rant᷑ ad identitatem forme. Pro quo notandũ ꝙ identitas est duplex
scꝫ methaphisicalis ⁊ logicalis. Methaphisicalis nõ est aliud nisi res cõ-
siderata ꝭm certam rõnem ꝭm quã nõ differt ab alia. Sed logicalis est
duplex scꝫ ꝓpõnis ⁊ ꝯñe. Identitas ꝓpõnis est quelibet ꝓpõ eiusdẽ for-
Quinq̧ opiniones. Si p̄dicta requirantur ⁊ sufficiant.
me cũ alia. Consequẽtie est quelibet ꝯña eiusdẽ forme cũ alia. Et de
tali identitate ꝓpõnis ⁊ ꝯsequẽtie sunt q̇nq̧ famose opiniones Prima
opinio est Marsi. in textu q̇ dicit ꝙ tria requirant᷑ scꝫ copula. qualitas.
Prima
⁊ quãtitas. etiam dicit ꝙ tria sint in ꝓpõne ex p̄te forme se tenẽtia copu-
Secunda
la qualitas q̇ntitas. Secunda opinio est Hugonis ⁊ Biri. q̇ tenent
ꝙ q̃ttuor req̇rant᷑ scꝫ copula. q̇litas. q̇ntitas. ⁊ ordinatio terminoꝝ. Et il-
la nõ sunt sufficiẽs. alias seq̇ret᷑ ꝙ ab appellato ad appellatũ nõ eẽt bo-
na ꝯña. vt q̇libet hõ ꝯgnoscit venientẽ. g̊ q̇libet hõ oẽm venientẽ ꝯgno-
scit. q꞉ in simili nõ sequit᷑. quilibet hõ ꝑcutit a hoiẽ. g̊ q̇libet hõ a hoiẽ
Tercia
ꝑcutit. videt᷑ tñ ꝙ ipsi innuerũt alia ꝑ ly cõsimilia. Tertia opinio ẽ ꝙ
solum duo req̇rant᷑ scꝫ idem sit⁹ termioꝝ ⁊ idẽtitas specifica sincathego-
rematũ. q꞉ pctm̃ est fieri ꝑ plura ⁊c̃. Et alia oĩa includentia in identica
specifica sincathegorematũ. Et illa opinio est subtilissimoꝝ logicorum.
Unde identitas specifica sincathegorematũ est quotiẽscũq̧ ponit᷑ vnũ
sincathegorema certo mõ denotans in vna ꝙ in alia ponat᷑ ip̃m vel su-
um sinonimũ eodẽ mõ denotans. Quare ille nõ sunt eiusdem forme. asi-
nus cuiuslibet hoĩs currit. ⁊ cuiuslibet hoĩs asinus currit. ⁊ oẽ aĩal sicut
Quarta
hõ currit. ⁊ oẽ aĩal p̄ter hoiem currit. Quarta opinio est antiq̇ꝝ logi-
coꝝ qui dicũt ꝙ req̇rant᷑ quattuor p̄dicta sed nõ sufficiant. Sꝫ vltra req̇-
Quinta
rantur eadẽ ampliatio appellatio restrictio sub conditione. Quinta
opinio ⁊ cõis schole ⁊ vyennensis. d̊t ꝙ q̃ttuor p̄dicta requirũtur sed nõ
semꝑ sufficiũt. q꞉ vltra hoc req̇rit᷑ eadem appellatio rõnis sub cõditiõe
Etiã req̇rit᷑ eadẽ appellatio forme sub ꝯditione. ⁊ hoc in totalibꝫ cõple-
xis. vt si ibi ponit᷑ aliq̇d cõplexũ certo modo appellans suaꝫ formã ꝙ in

alia ponatur ipm vł aliud eodẽ mõ appellans suã formã. quare ille nõ sunt eiusdem forme. cantor regis currit. ⁊ regis cantor currit. nec ille cantor regis currit. cantor hois currit. Correlariũ. Ista opinio p̃suppo nit q̃ negatões sint in mente. q2 si negatões nõ essent in mẽte tũc nõ requireretur eadẽ q̃litas. q2 oĩa ↄp̃henderent̃ sub identitate copularum

Correlariũ. q̃ identitas specifica sincathegorematuȝ non requiritur saltẽ vt vnũ ab alijs distinctuȝ. q2 si actus distributiui distribuũt terminos in mente. tũc in mentali illius. asinus p̃ter hoiem currit. ⁊ asin⁹ cuiuslibet hois currit. actus distributiui nõ eodẽ mõ denotant. Si auteȝ actus distributiui nõ distribuũt in mẽte sed exceptiui. tũc ibi ñ ẽ eadeȝ q̃ntitas in specie specialissima. ex q̃ illi actus nõ sũt sinonimi in esse actus

Correlariũ. Tenendo q̃ verba significent cũ tp̃e p̃ cõceptus tp̃ales sibi vł extremis sup̃additos. tunc sillogismi ⁊ cõuersiões sicut cõiter formantur sunt ↄñe formales. q2 nõ erit instantia in terminis ampliatiuis quia ibi nõ erit idẽ situs terminoꝝ. Si aũt verbũ significat cũ tp̃e seipso tũc ad hoc q̃ sillogismi ⁊ ↄuersiones sint formales cõseq̄ntie oportet addi ad p̃dicta ↄsimilẽ amplã acceptionẽ sub ↄditione. i. si in vna ponitur termin⁹ acceptus ad certã differentiã tp̃is vel plures q̃ in alia sic fiat. Correlariũ. Tenendo q̃ argumentũ a diuisis ad cõiuncta sit formale req̄ritur etiã eadẽ appellatio forme. ⁊ hoc in cõplexis vt supra est dictum. nõ aũt in simplicib9. q2 iste sunt eiusdem forme. hõ currit. albũ currit. Correlariũ. Illa est bona ↄñа. Parisius venditur panis. ⁊ parisius est ciuitas. g̃ in ciuitate venditur panis. sed nõ est sillogismus. q̃a nõ est consequentia formalis. quia in simili non sequitur sumendo easdem premissas ⁊ inferendo sic. ergo sub ciuitate venditur panis Et nõ potest inferri formaliter et silogistice ex illis premissis quia non sunt disposite ad inferendum conclusionem silogistice nisi quis vellet sic concludere. ergo a ciuitatis venditur panis. ita q̃ ly a sit signum congruitatis

Correlariũ. quinta opinio respondet ad dubium supra motum. Sȝ rñdetur ad questionem principalem questio vt ꝓponitur est vera: quia aliq̃ñ ly consequẽtia bene diuiditur in materialem ⁊ formalem. vt ille terminus consequentia in illa consequẽtiarũ alia est formalis ⁊ alia est materialis: ibi ly cõsequẽtia bene diuiditur in materialem ⁊ formalem. ℞. ad questionem

Sophisma.

Omnis homo est animal. ergo Sortes est animal

Notandum s̃m hugonem presupponendum est q̃ in sophismate ly homo ⁊ ly animal accipiantur absolute quia ipse negat sophisma hoc etiam est rigor verboꝝ sophismatis . Secundo notandum q̃ in esse distributionis om̃es actus distributiui sunt eiusdẽ speciei specialissime ⁊ ly om̃is in sophismate nõ distribuit pro speciebus singuloꝝ quia veritas eius potest saluari alias ⁊ actus distributiui distinguũtur per obiecta formalia ⁊ nõ materialia vt in illis duab9. om̃is homo currit. omnis asinus currit. nam obiecta materialia differũt non autem formalia

℞.ad sophisma. Ad sophisma respondetur q de rigore logice sophisma est falsum z impossibile.q2 rõnalis mala ꝯña. Et dr notanter de rigore.q2 de rigore omnes termini capiuntur absolute.vel oẽs cõnotatiue.z de rigore copule important tps Secundo dicendũ. Si ambe copule absoluunt a tpe vel solum copula ꝯsequentis sophisma est verum z bona cõseq̃tia.q2 tunc cõseq̃ẽs semp erit necessariũ. Tertio dicendũ Si ly hõ in antecedente caperetur absolute z ly anial ꝯnotatiue z nõ ponẽdo pũcta sophisma est bona ꝯña.q2 vt sic añs est impossibile. Si vo ponunt puncta est mala ꝯña in casu quo esset homo plato punctualis z sortes non esset.z hoc si copule in antecedente importarẽt tempus: Si aũt nõ tunc iterũ est bona ꝯña quia añs fieret impossibile.quia valeret tantũ. omnis qui est vel erit zc.est aial totale. Quarto dicendum capiẽdo ambo extrema añcedentis absolute vel connotatiue z copulas de rigore sophisma est falsum z impossibile.q2 rõnalis mala consequentia.

Primo

Secundo.

Tertio

Quarto

Quinto

Quinto dicendum.capiendo ambos terminos cõnotatiue tunc non sequit.omnis homo est aial z sortes est.ğ sortes est aial. Si eñ illõ qd iam est sortes maneret sine aliq̃ resolutione.licet hoc naturaliter sit ipossibile z generaret aliq̃ pars ita q ex illa pte genita z qd prius fuit sortes fieret vnus hõ totalis.z ly sortes significaret solum illud qd prius fuit sortes.antecedens est verum z ꝯñs falsum Nec arguit p regulam quia ly sortes solum est inferius ad ly homo absolute captum Correlariũ Non sequit.omnis hõ est aial.z sortes est vel nõ est.ergo sortes est aial nec sumit ꝯstantia quia constantia est ꝓpõ affirmatiua.modo ista ẽ mixte qualitatis. Correlarium. Bene sequit.omnis argumẽtatio ẽ bona consequentia.sed sophisma est argumentatio.ergo sophisma est bona consequentia.quia si ly argumentatio capitur stricte.minor est falsa. Et quando pbatur.quia est enthimema exquo est sillogismus truncatus. Dicat q Aristoteles cepit argumentationem large quando posuit quattuor species argumentationis z sic sillogismus truncatus nõ est argumentatio stricte capiendo. Si autem capitur large.tunc maior est falsa. Correlarium. Consequens sophismatis est necessarium ex cõditione non autem est simpliciter necessarium.z ly ex conditione est determinatio diminuens ad ly necessarium z non distrahens.quia oñis propositio simpliciter necessaria etiam est necessaria ex conditione.

Correlariũ pmum

Secundum

Tertium.

Propõ necessaria ex conditione

Pro quo notandum q propositio necessaria ex conditione est propositio ex cuius terminis cõstituibil est vna ꝯditional bona ꝯña.vt sortes est animal.q2 bñ sequit.si sortes est sortes est aial. Correlariũ. nõ seq̃tur. Isti termini sunt bona ꝯña.z isti termini sunt sophisma.ğ sophisma est bona ꝯña.nec arguit expositorie q2 non a qualibet pmissarũ ad vnam de omni valet ꝯña. Correlariũ.q cardinalis q̃ scripsit ad parisius in bulla sua.vt illa homo est aial diceret necessitatem principalit tria tenuit. Primum. Omne qd est quando est de necessitate est.z Aristoteles platonem in hoc redarguit primo periermenias. Secundum q omnia futura de necessitate euenirent.z Aristoteles platonez in hoc redarguit sexto methaphisice. Tercium q si nullus homo esset vel

Quartum

Quintũ de bulla cardinalis

fuisset adhuc illa esset vera: homo est animal. Sic albertus magnus su//pra prophirium idẽ tenet. qz dicũt q eẽ eẽntie z existentie ñ sit idẽ. Et di//cunt q eẽ sit quidã modus accidentalr supadditus vl' distinct⁹ ab ẽentia Consequenter notãdũ q Arist. pmo prior. dicit ad veritatẽ vl'is re//quirit veritas oim singulariũ intelligitur de singularibus in supponendo q̃les sunt ille hõ est al. ille homo zc. z nõ in significando vt sortes ẽ al. zc. Nec sequit' cõ aristotelẽ q illa eẽt falsa. a me cognoscit' ois veniẽs. si habe//rẽ cõceptũ illius cõplexi ois veniẽs z non illius cõplexi ille veniens. lz illa singularis sit falsa. a me cognoscitur ille veniens. qa talis singularis non bene format' sz dz sic formari. a me ille veniens fm conceptũ venientz cõ//gnoscit'. ita q ly ille non appellat rõnẽ. Consequent' sciendũ q in ma//teria insolubiliũ dat' ppõ vniuersal' falsa cui⁹ q̃libet singularz si eẽt forma//ta eẽt va. vt illa est falsa ois ppõ est singularis. z tñ omnes eius singulares eẽnt ve si essent formate. Sic etiam datur propositio vniuersalis vera cu//ius singulares si essent formate essent false. vt si eẽnt eius tres singulares z semper demonstret' p ly illa ppõ cuius ly illa est pars vt illa omnis pro//positio singularis est falsa. est vera z eius singulares tres falsificãt seipas Correlarium. Omis ppõ q̃ seqtur bene ad aliã coassũpta sibi neces//saria. etiam sequitur ad eam sine tali necessaria. Et quando arguitur fi//at ergo sic in sophismate addat' illa z sortes est homo in qua absoluetur copula tunc arguit' sic. sophisma est bona cõsequentia. dicatur negando. z quando probat' silogistice. rñdetur quod non sit silogism⁹ qa medium in illa in qua nõ distribuitur supponit p pluribus q̃ in illa in qua distri//buit'. Correlariũ. in sophismate nõ arguitur a toto in q̃ntitate ad suã ptẽ qz ille t'min⁹ q̃ fuit distribut⁹ i añte õberet põi i cõñteñ distributus.

Vtrum in omni bona consequentia ex opposito con//tradictorio cõñtis sequat' oppositũ añcedentis. z si ex opposito cõñtis seq̃//tur oppositũ añtis cõña est bona. Notãdũ qõ ẽ hypotetica copulatia pma ei⁹ ps est cathegorica. sz scda est hypotetica cõditional' Secundo notandũ. q ista qõ originatur mouet' z fundat' sup diffinitione bõe cõñe z eius intellectus ẽ pcise vna diffinitio cõñe. Sunt autem tres fm ori//ginẽ pncipales diffinitiones z modi cognoscẽdi penes quos q̃libet cõña noscitur bona. Prima si oppositum consequentis repugnat anteceden//ti consequentia est bona. Scda si sic esse sicut per antecedẽs significat' eẽ impossibiliter est aliter esse quin etiam ita sicut p consequens significat' esse consequentia est bona. Tercia si ex opposito consequentis sequitur oppositũ antecedentis consequentia est bona sicut videbitur in cõclusiõe responsali. Correlariũ. ly in in qõne dicit circũstantiã ptis. qa cõñs se//quitur ex antecedente tanq̃ ps continui in toto. Correlariũ. ly ex. in q̃//stione potest dicere circũstantiã cause material'. qz cõñs sequitur ex ante//cedente tanq̃ ps material' ex alia parte materiali. Correlariũ. seqtur de rigore ĩportat actũ ex quo ex pñtis tpis z preter rigorẽ importat apti//tudinẽ qz non est terminus importãs potentiã. Correlariũ. seq̃ est an//nalogũ ad bene z male sequi z omne quod seqtur bñ sequit'. Princi

Ad vitatẽ vl'is reqrit' q̃ vitas oim singulariuz

Tres sunt diffinitiões cõñe fm q̃s q̃libet cõña pt. pbari bona vl' mala

In qõne q̃tuor psup//ponuntur.

Primo paliter notandum. ꝙ in illa questione quatuor presupponuntur. Pri
mo ꝙ duo contradictoria non possunt simul stare in veritate ad commu
nem sensum. Unde Aristoteles quarto metaphisice. contradictio est op
positio cuius non est dare medium. vbi Aristoteles reprobat hectorem
Scdo qui dixit ꝙ aliquis homo fuisset sapiens ⁊ non fuisset sapiens. Secū
do p̄supponitur ꝙ quelibet propositio nata est inferre aliam vel eius cō
Tercio tradictoria stat cum ea in veritate Tercio presupponitur quicquid re
pugnat consequenti alicuius bone consequentie. etiam repugnat antece
Quarto denti eiusdem consequentie. Quarto presupponitur quicquid ante-
cedit antecedens alicuius bone consequentie. etiam natuz ē antecedere
consequens eiusdem consequentie. ⁊ ex illis duobus vltimis presuppo-
sitis eliciter vna regula generalis consequentiarum videlicet de primo
ad vltimam de qua supra est habitum circa illud sophisma. aliquid est.
R. q̄ ad p̄mā p̄tē q̄ōis ergo aliqua propositio est. Consequenter notanduz. ꝙ questio habet
duas partes principales. ad cuius primam sit talis conclusio responsa-
lis. In omni bona consequentia ex opposito contradictorio consequen-
tis natum est sequi oppositum contradictorium antecedentis. vt illa est
bona consequētia. homo currit. ergo animal currit. ⁊ ita arguitur ex op-
positis. nullum animal currit. ergo nullus homo currit. ⁊ sic in prima
parte questionis ille terminus oppositum debet stare pro opposito con-
tradictorio ⁊ non contrario quia non semper ex opposito contrario con-
sequentis sequitur oppositum antecedentis. Et ergo q̄stio vt ponitur
est falsa quia est vna copulatiua cuius vna pars est falsa ⁊ impossibilis
R. q̄ ad scdam p̄tē q̄ōnis quia conditionalis que est mala consequentia. Conclusio pro secun-
da parte. Si ex opposito contradictorio consequentis sequitur opposi-
tum contradictorium antecedentis. cōsequentia est bona. ⁊ hec est regu
Declarat aliq̄s ꝯn̄as la infallibilis ⁊ modus cognoscendi consequentias. Patet ergo ꝙ nō
sequitur. vnus illorum non est. ergo sortes vel adam non est demōstrā-
2 do sortem ⁊ adam. nec valet argui ex oppositis. Similiter nō sequit
isti non sunt. ergo ille vł ille nō est demonstrando sortem vel adam. quia
duo pronomina disiuncta sigularis numeri bene supponunt pro aliquo
3 p quo pronomen pluralis numeri non supponit. Similiter nō seq̄t.
illud vel illud est homo. ergo quodlibet illud vł illō est homo, demon-
4 strando sortem ⁊ materiā eius. Correlarium. bene seq̄tur vnus illoꝝ
5 est. ergo quilibet illorum est. Sed illa non valet. vnus illorum cur-
6 rit. ergo quilibet illorum currit. Sed iterum bene sequitur. isti non sūt
7 ergo iste ⁊ iste non sunt sic etiam econuerso idem demōstrando: Cor-
relarium. Nō sequitur. nullus homo fuit semper. ergo non semper fuit
homo. quia arguitur a suppositione confusa tantum ad determinatam
8 Correlarium Nō seq̄tur. tm̄ album erit albū. ergo nullū nigrum erit
album in casu in quo aliq̄ res esset nigra ⁊ postea dealbaretur. Cor-
9 relarium. Nō sequitur. tantum sortes se videt. ergo tantum sortes videt
illum hominem. in casu in quo sortes solum videret seipsum. ⁊ m̄lti ho-
mines videret eum. sed nullus preter eum videret seipsum. antecedens
10 esset verum ⁊ consequens falsum. Correlariuz. illa ꝯn̄a tu credis ꝙ

aliquis homo decipitur. ergo aliquis homo decipitur bene valet. ⁊ qñ
arguitur ex oppositis. antecedens secunde consequentie est falsum. quia
sortes decipitur a seipso quando credit ꝙ ipse decipiat ⁊ non fit tunc de-
cipitur a seipso. Correlarium. non sequitur. substantie pars non est. 11
ergo pars substantie non est. ⁊ defacto antecedẽs est verũ et consequens
falsum. Correlarium. non seqtur. sortes incipit esse albus. ergo sortes in 12
cipit esse coloratus. quia si sortes esset ethiops ⁊ fieret albus. antecedẽs
esset verum ⁊ consequens falsum. Correlarium. Illa consequentia 13
ego fui tecum. ergo tu fuisti mecum non valet. quia si esset primũ instãs
esse mei ⁊ tu prius diu fuisses. antecedens esset verum ⁊ consequens fal-
sum. Nec econuerso valet. qa si esset primum esse cuius qui demonstra-
tur per ly tu. ⁊ demonstratus per ly ego dudum fuisset. antecedens esset
verum ⁊ consequens falsum. Correlarium. Quandocunq̃ ꝯña est 14
formalis. tunc arguendo ex oppositis etiam seqtur formaliter. ⁊ quan-
do consequentia est materialis tunc arguendo ex oppositis etiam sequit̃
materialiter. ⁊c.

Sophisma

Tantum pater est: igitur non tantum pater est. No-
tandũ ꝙ hugo loqtur de patre in diuinis ꝓpt̃ expositionẽ marsilij qa ex
ponit ꝑ duas exponẽtes vt pater est ⁊ nihil aliud a patre est. et sic añs es- Hugo loqt̃ hic de pa
set verum si sola trinitas esset. Sed bñ eẽt alius a patre. Unde signa alie tre in diuinis
tatis inter se distinguuntur qa ly differt dicit differentiam essentialem et
personalem. Sed ly alius ⁊ alia dicunt differentiã seu alietatẽ solũ ꝑso-
nalẽ. Sz ly aliud dicit alietatẽ solũ eẽntialẽ. ⁊ ꝰ filiꝰ in diuinis nõ ẽ aliud a
pr̃e. rõ qa ẽ eadẽ eẽntia Sz ẽ aliꝰ a pr̃e qa sũt diuerse ꝑsõe. ⁊ sic signa alie
tatꝫ non sunt eiusdẽ rationis inter se. Secundo notandũ: alio modo
capiendo istum terminum pater. tunc pater est res que de sua substan- Pater
tia generauit filiũ vel filiã. Tercio notãdũ. ꝙ dictio exclusiua addita
vni relatiuo excludit alterũ relatiuũ. seu correlatiuũ. vt tm̃ pr̃ est iam ex-
cluditur filius vt habetur primo phisicorum. Correlarium. Ista est
impossibilis tm̃ trinitas est. qꝛ aliq̃ res q̃ non est trinitas ẽ vt̃ pr̃. Cor Declarat aliq̃s ꝓpões
relariũ differũt ens ⁊ res. ens dicit essentiam ⁊ sic illa ẽ falsa. filius ẽ ens Primo
qd non est pr̃. sz res dicit ꝑsonã. ⁊ sic illa est vera. filius est res que nõ est Secundo
pater. Correlariũ. illa ẽ vera pater in diuinis non est filiꝰ in diuinis.
Sed qñ dicitur tm̃ est negatiua cuiꝰ extrema supponũt ꝓ eodẽ. ergo falsa Tercio
qa supponunt ꝓ eadem essentia Rñdetur ꝙ non sufficit sed sic oporteret
ꝙ supponeret ꝓ eadẽ re. Cõsequẽter notandũ. ſm illã viã q̃ dicit ꝙ ꝓ
põnes exponibiles sint hypotetice sicut tenet hugo tunc mentalis ante-
cedentis non est exclusiua. Sz eius mẽtalis est formaliter ipe exponẽtes
nec ꝓpões de excluso extremo sunt in mente. vt sic sz tales solũ reperiun
tur in voce ⁊ in scripto. Correlariũ. nõ habẽt exclusiue hypotetice rõ
qꝛ nullũ signũ fert̃ extra ꝓpõnẽ cathegoricã. Corr̃. ly tm̃ qñ fac̃ exclusiuã
tũc hꝫ distribuere t̃minũ in voce ⁊ scripto ⁊ ñ in mẽte. qa alias sig distri

butiua in esse distributionis non essent eiusdẽ rationis. qꝛ sibi correspon
deret actus ꝛ distribueret sicut alia signa ꝛ vltra hoc excluderet qđ alia non

R. ad sophisma ꝛ primus sensus eius

faciunt. Per hoc rñr ad sophisma. pmo capiẽdo añs ꝛ ꝯñs in sensib⁹
exclusiuis vt exponantur gratia alietatis sophisma est falsũ ꝛ ipossibilis
ppõ. Sꝫ bona ꝯña. qꝛ añcedẽs est impossibile vt pꝫ p exponẽtes. vñ sic
exponit̃ añcedens. pr̃ ẽ ꝛ nulla res que nõ est pr̃ est modo secunda expo-
nens est falsa. immo impossibilis. Et in tali sensu sophisma est materia
lis consequentia. qa in sili non sequitur. tantum homo currit. ergo non

Scđus sensus

tantum homo currit. Secundus sensus capiendo antecedens ꝛ ꝯse
quens in sensibus exclusis. ita ꝙ antecedens sit vna de excluso subiecto.
in tali sensu sophisma est falsum ꝛ ipossibil̃ ppõ. qꝛ rõnalis mala ꝯña
qa ad v̾itatẽ ppõnis de excluso extremo reqrit̃ ꝛ sufficit veritas ei⁹ piacẽ
tis. Est aũt piacens ppõ remanens dempto signo exclusiuo. Terti⁹

Tertius sensus

sensus capiendo antecedens in sensu exclusiuo. ꝛ ꝯsequẽs in sensu exclu
so sophisma est bona consequentia sed falsa ꝛ impossibilis propositio.

Quartus sensus

quia antecedens ẽ impossibile. Quartus sensus. capiendo antetedẽs
in sensu excluso ꝛ consequẽs in sensu exclusiuo. sophisma ẽ vera proposi-
tio ꝛ bona consequentia. qa ꝯñs vt sic est necessariũ. Correlariũ. Isti
quatuor sensus sophismatis procedunt quando ly tantum facit vnam
exponibilem gratia alietatis. Et potest sophisma adhuc habere quatu
or sensus eodem modo prout ly tantum facit exponibilem gratia plura
litatis. Et sic erunt octo sensus. Et postea adhuc potest habere octo
permixtim. ꝛ sic habebit sedecim sensus qui omnes facile habebunt iu-

Filius ĩ diuinis ẽ res q̃ nõ est pater

dicari ex quatuor dictis sensibus. Correlariũ. filius in diuinis est res
que non ẽ pater. licet filius in diuinis sit ens qđ est pater. Et licet ly ens
ꝛ res conuertatur tñ ly ens qđ est pater ꝛ res q̃ est pater nõ cõuertuntur
qa ly ens qđ est pater importat idemptitatẽ essentialem. Sꝫ ly res que

Soluit argumẽta ꝯ sophisma

est pater importat idemptitatem personalem. Correlariũ. nõ seq̃tur
tantum pater est pater. ergo tantum pater est. probando ab inferiori ad
superius. quia arguitur cum distributiõe inferioris ꝛ superioris. Nec
valet probando ab est tercio adiacente ad est scđm adiacens quia debet

Scđo

argui sine distributione predicati. Correlariũ. non sequitur hoc est et
hoc ẽ tantum pater. ergo tantũ pater est. pbando expositione. qa in ꝯse-
quente ponitur signũ certo modo denotans. cui⁹ denotatio in antecedẽ-

Tercio

te nec formaliter nec virtualiter est expressa. Nec sequitur tantũ deus
est. ꝛ ille deus est pater. ergo tantum pater ẽ. quia a minore ad vnam de

Quarto

omni non valet consequentia. Correlariũ. bene seq̃tur omne ens est
pr̃ ergo tantum pr̃ ẽ. ab vniuersali ad eius exclusiuam in terminis trans
positis distribuẽdo saltez subiectum complete in antecedente quia tunc
antecedens est falsum ꝛ impossibile. Si autem incomplete distribueret̃
consequentia non valeret nec teneret per regulam. Et tunc tantum
valeret antecedens. Omne ens quod est essentia est pater. Si autem
complete distribueretur tunc tantũ valet. Omne ens quod est res que

Quinto

est pater est pater. Correlarium. Copula antecedentis de rigore
non absoluitur a tempore quia non significat adequate rem indepen-

dentem quia vniuoce extendit se ad patrem creatum ꝛ increatū. Cor Sexto
relarium. illa ꝯña non valet tantū deus est. ḡ non tantuȝ deus est. quia
copula antecedentis de rigore absoluitur ex regula linconiensis de qua
supra. Correlarū. bñ sequitur omne idē enti est pater. ꝛ filius ē idē Septimo
enti. ergo filius est pater. q2 maior est falsa. Et quando ꝓbaƭ omne ideȝ
patri est pater. ergo om̄e ideȝ enti est pater ab inferiori ad superius.
Respondetur ꝙ arguitur cum distributione superioris. Correla- Octauo
rium. ly non idem vno modo capitur vt est signū alietatis ꝛ valet tantū
sicut differt a. ꝛ sic illa est falsa. sortes est non idem chimere. Alio mō ca-
pitur pro duabus dictionibus ꝛ negatio capitur infinitanter. ꝛ sic pre-
dicta est vera. Tercio capiendo negationem neganter. ꝛ precedit co-
pulam. sic illa est vera. non idem chimere mouetur.

Vtruȝ ad impossibile sequatur quodlibet: Nota

Qō questio est cathegorica indefinita affirmatiua subiectum est ly ens
inclusuȝ circa ly quodlibet. predicatuȝ vero est hoc totū ad impossibile sequi-
tur et est vna de modo loquendi inconsueto. Et subiectum non restri-
gitur ꝑ regulā topicalem. quia alias ex communi modo loquendi capiƭ
personaliter. ratio. quia non est mens autorum ꝙ ille terminus qōlibet
ens sequatur ad impossibile. Secundo notandum. ꝙ ly impossibile Impossibile capiƭ du-
capitur duobus modis. Uno modo pro termino prime intētionis ꝛ sic pliciter.
est res que non pōt esse. ꝛ sic nihil est impossibile. ꝛ pro nullo supponit.
sed quando dicitur tamen est terminus ampliatiuus ergo a parte subie-
cti positus supponit pro eo quod non est. ꝯceditur ſm Biridanū. sed h̄
intelligitur de termino supponente. Alio modo capitur pro termino se-
cunde intentionis ꝛ valet tantū sicut propositio ipossibilis. ꝛ q̄tum ad
propositum sufficit. Propositio impossibilis est ꝓpositio sic se h̄ns. ꝙ Propō impossibilis
ꝓ nulla differentia tpis sic potest esse sicut per eam significatione totali ꝛ
propositionali significatur vt homo est asin⁹. chimera currit. Et est du-
plex ꝓpositio impossibilis scilicet simpliciter ꝛ ſm quid. Propositio im- Propō ipossibiƚ sim-
possibilis simpliciter est propositio sic se habens sicut per eam significa- pliciter
tur esse ſm eius significationem totalem ꝛ ꝓpositionaleȝ ita pro qualibet
differentia tpis ipossibile ē esse. vt homo est asinus. Et datur illa diffi-
nitio de propositione cathegorica de inesse ꝛ affirmatiua. Etiā talis ē
duplex. scilicet formaliƭ impossibilis ꝛ materialiter ipossibilis. Pro- Propō ipossibiƚ sim-
positio impossibilis simpƚr et formaliter est ꝓpō sic se habens ꝙ queli- pliciter formaliter
bet propositio secum eiusdem forme si esset actu formata etiam esset im-
possibilis vt homo est non homo. Correlarium. omnis ꝓpositio ca-
thegorica de extremis contradictorie oppositis ad ideȝ tempus adequa-
te acceptis est formaliter impossibilis vt asinus est non asinus. Simili-
ter quelibet propositio hypotetica copulatiua affirmatiua cōstituta ex
partibus contradicentibus vel contrarijs est formaliter impossibilis.
vt sortes currit ꝛ sortes non currit. omnis homo est albus. ꝛ oīs homo
non est albus. Sed propositio ipossibilis simpliciter ꝛ materialiƭ est Propō ipossibiƚ sim-
ꝓpositio impossibilis sic se habens ꝙ est formabilis alia propositio se- pliciter materialiter

cum eiusdem forme que si actu esset formata non esset impossibilis vt ho

Propõ ĩpossibil' ƀz q̃d

mo est asinus cum qua illa est eiusdem forme. hõ est animal. Sed ꝓ/
positio impossibilis ƀm quid est propositio sic se habens ꝙ sic eẽ sicut ꝑ
eam significatur esse significatõe totali ꝛ ꝓpositionali ita ꝓ certa differen
tia temporis impossibile est esse. lꝫ non pro qualibet. vt adaꝫ nõ fuit hõ
xp̃ianus non fuit ꝛ vyenne. ĩparator ñ fuit rome. Correlariũ. hec pro
positio est impossibilis ƀm quid. ergo est impossibilis non valet. qꝛ ar/
guitur a parte in modo ad totũ cum dictione distrahente. Tercio no

Regula

tandũ ꝓ regula. ꝙ om̄is ꝓpositio negatiua contingens cuius predicatũ
est terminus distributus ꝛ subiectũ non vel etiam subiectũ est terminus
distributus ꝛ p̃dicatũ est terminus non distributus, ꝛ predicatũ natum
est competere subiecto ꝓ quolibet suo supposito. ꝛ si copula absoluitur
a tempore est ĩpossibil'. Sed si talis ꝓpõ est affirmatiua mõ quo supra
fabricat a' tunc erit necessaria. Exemplũ ꝓmi. homo non est albꝰ. scđi hõ
est albus. Correlariũ. datur ꝓpõ impossibilis q̃ est vera vt non deꝰ
est. ꝛ hoc si propositiones sunt multiplices. Correlariũ: datᷣ proposi/
tio possibilis que nunꝙ̃ potest esse vera. vt illa nulla propositio ẽ negati
ua. similiᷣ illa. om̄is propõ est singularis. Correlariũ. preteritũ ꝓ cer
ta differentia tp̃is ẽ irrecuperabile. ꝛ pro certa est reuocabile. q̃a ꝓ diffe/
rentia tẽporis p̃teriti. Correlariũ. q̃libet ꝓpõ copulatiua affirmati/
ua constituta ex antecedente alicuius bone ꝯñtie ꝛ contradictoria eius/

Propõ simpl'r necessa ria

dem consequentis bone ꝯñe est ĩpossibil'. Quarto notãdũ. q̃a de op/
positis est idẽ iudiciũ ꝙ ꝓpositio necessaria ẽ propõ sic se habẽs ꝙ ꝓ qua
libet differentia tp̃is necesse est sic eẽ sicut per eam significatur eẽ signifi/
catione totali ꝛ ꝓpositionali vt deus est. Et datur illa diffinitio de ꝓpõ

Propõ ƀm q̃d necessa ria

ne necessaria simpliciter. Sꝫ propositio necessaria ƀm q̃d est ꝓpositio
q̃ sic se habet ꝙ pro aliq̃ differentia tp̃is necesse est sic eẽ sicut ꝑ eã signifi/
catur esse significatione totali ꝛ propositionali vt adam fuit. Correla
riũ. sicut duplex est ꝓpositio impossibilis ita etiaꝫ duplex est necessaria

R. ad q̃õnem

scilicet formaliter ꝛ materialiter. Correlariũ. ꝓpõ necessaria ƀm quid
non est necessaria. His premissis respondetur ad q̃õnem ꝙ capiẽdo
ly impossibile pro termino prime intentionis. q̃õcunꝙ̃ etiam ly quod/

Scđo

libet includat q̃õ est falsa ꝛ impossibilis. qꝛ predicatuꝫ pro nullo suppo
nit. Secundo dicendũ. si ly impossibile capiᷣ pro termino scđe inten
tionis. ꝛ ly ens subintelligitur circa ly quodlibet questio iterum est falsa

Tercio

ꝛ impossibilis. quia valet tantũ ad propositionem ĩpossibilẽ sequiᷣ om̄e
ens. Tercio dicendum. capiendo ly impossibile pro termino scđe in/
tentionis ꝛ subintelligendo circa ly quodlibet ly ꝯñs q̃õ adhuc est falsa

Quarto

sed possibilis. nam si solum illa consequentia eẽt hõ est asinus. ergo de
us est cum questione questio eẽt vera. Quarto dicendum ꝛ rñsiue ꝙ

Declarat aliq̃ correla/ ria

omnis consequentia cuius antecedẽs est ĩpossibile ꝛ capitur in illo sen/
su in quo ẽ ĩpossibile est bona. Di ꝛ capiᷣ. ꝛc. ꝓpter illã non deꝰ est ergo
homo est asinꝰ si ꝓpõnes sunt multiplices. Correlariuꝫ. om̄is ꝯñtia

Secundo

cuius antecedens est formaliter impossibile est formalis. vt homo ẽ nõ
homo. ergo homo ẽ asinus. Correlariũ. oĩs ꝯña cuius ꝯñs ẽ formaliᷣ

necessarium est formalis. Correlarium. aliqua consequentia cuiꝰ añ- Tercio
cedens est materialiter impossibile est formalis. vt quando arguitur a
conuersa ad c nuertentem. vt omnis homo est asinus. ergo asinus est
homo. simil ter omnis asinus est homo. ergo homo est asinus. Cor- Quarto
relariuꝫ. non omnis consequentia cuius antecedens est impossibile ꝭm
quid est bona. licet aliqua Primum pꝫ de illa. christianus non fuit ꝛvyẽ
ne. ergo homo currit Secunda pars patet ibi. adã nõ fuit homo. ergo
antichristus erit Correlarium. non omnis consequentia cuiꝰ ꝯñs est Quinto
necessariũ ꝭm quid est bona lꝫ aliq̃ Primũ pꝫ de illa homo currit. ergo
christianus fuit ꝛvyenne. Secũda pars patet ibi homo est asinus. ergo Sexto
christianus fuit ꝛvyenne Correlariũ. q̃ñ dicitur nulla habitudo pos-
sibilis dependet ex impossibili sed in omni ꝯña habitudo ĩportata per
ꝯñs dependet ab antecedente. g̃ ex diffinitione cõsequente. Dicaꝰ ꝙ mi-
nor sit neganda. ꝛ instantia est de consequentia cuius antecedens est im
possibile. nisi forte ad talẽ sensum q: non stat habitudinem ꝯñtis eẽ si- Declarat ꝯñtias
ne habitudine antecedentis. Correlariũ. Chimera est impossibilis Primo
ergo homo est asinus bene valet quia antecedens est impossibile. ꝛ non
sequitur ꝓbando antecedens chimera nõ potest esse. ergo chimera ẽ im
possibilis. nec arguitur a b equiualente ad equiualens quia vna ẽ affir- 2
matiua alia negatiua. Correlariũ. illa ꝯsequẽtia bene valet. tantum
hõ est albus. ergo homo est asinus. quia antecedens est impossibile. q̇a
ſꝫ materia hois etiã est alba. ꝛ si ponitur ꝙ inhereat toto cõposito tunc
etiã quelibet pars est alba. quia qualificat solum rõne inhesionis ꝛ non 3
sicut sensatio. Correlariũ. bñ sequitur deus omne possibile potest fa-
cere. ergo hõ est asinus. ꝛ antecedens est impossibile. q̇a nõ potest facere
aliũ deũ. de hoc curent theologi. ꝛ logicaliꝰ sic. q̇a non potest facere seipꝫ
Similiter sequitur. deus omnia possibilia potest facere. ergo homo est
asinus. quia antecedens est impossibilie. q̇a deus non potest facere iohã 4
nem ꝛ seipsũ. ꝛ tamẽ ambo sũt possibilia Correlariũ. Ille ambe sunt
false chimera est possibilis ꝛ chimera est impossibilis. ꝛ quãdo dicitur
hoc est ꝯ̃ regulam. de q̃libet ꝯ̃dictoriorũ alteꝝ verificatur de nullo ve-
rificantur simul. hoc intelligitur de termino supponente respectu copu-
le de presenti Correlariũ. non sequitur quicquid non ẽ substantia est 5
accidens. ergo quicquid non est accidens est substantia capiendo ly ens
in ly q̇cq̇d in añcedẽte nõ transcendenter ſꝫ in ꝯñte transcendenꝰ tũc añs 6
ẽ veꝝ ꝛ ꝯñs falsũ de ente qõ nec ẽ subã nec añs ſꝫ subã ꝛ accidẽs. Cor
relariũ. bñ sequitur. hõ est asinꝰ imaginarius. g̃ hõ ẽ asinꝰ. si ly hõ capi
tur absolute ꝛ ponunꝰ pũcta. q̇a ſꝫ plures hoies pũctuales sꝰ. diceres vo
lo ꝙ sit hõ pũctualꝰ. rñr ꝙ ꝓprie non ponũtur extensiue ꝛ sic talis non est
sortes. licet sit hõ ꝛ tamẽ si fieret ex certificato dicatur ꝙ ꝑdicta ꝯña nõ 7
valeat. Correlarium. illa ꝯña. chimera est ens compositum: ꝛc. ergo
chimera est si in antecedente ly est importat actum signatũ vt aliq̃ volũt
tũc nõ valet. q̇a ꝺfacto añs est veꝝ ꝛ ꝯñs falsum. quia antecedens va-
let tantum chimera significat ens compositũ ex. ꝛc. Si aũt ĩportat actũ
exercitatuꝫ vt valet tm̃ sicut existit tũc bene valet. q: añs est impossibile

Et licet predicetur in añcedente diffinitio de diffinito ꝛ talis ꝓpositio vt
in plurimũ est vera tñ r'la intelligit' in terminis supponẽtibꝰ. ꝛ isto mõ ly
chimera in añcedente stat personalit'. Sꝫ primo modo stetit in antecedẽ
te materialit' ꝛ arguebatur a suppõne materiali ad personalem. Sed in
consequente semꝑ stat personaliter. Alij aũt melius dicunt vt placet ha
bentes ꝓ se aristotelẽ ꝑmo poetrie q̇ dicit rebꝰ nõ existentibꝰ i natura ñ
imponitur nomẽ sꝫ rõ: .i. rebus que nõ sũt nõ iponitur eẽ sꝫ rõ .i. ꝯceptꝰ
ꝛ sic predicta valet tm̃ ꝯceptꝰ chimere exp̃mit' ꝑ conceptum correspon-
dentẽ huic cõplexo. ens compositũ ex incõponibilibus natũ componi.
Sic etiam ista. vacuum est locus non repletus corpore valet tm̃ ꝯceptꝰ
vacui exprimitur per conceptum correspondentem huic complexo locꝰ
non repletus corpore. imo si ly est in tali oratione importaret actum signa-
tum oratio fieret incongrua. quia valeret tm̃. vacuũ significat locus non
repletus corpore.

Sophisma

Omnis propositio si est impossibilis est falsa. No
tandum ꝙ sophisma illud ponitur ab hugone tribus ex causis. Primo
ad habendum differentiaꝫ inter conditionalẽ ꝛ vnã de ꝯditionato extre
mo. Scdo vt sciamus ꝓ quo supponat huiusmodi conditionatũ. Ter-
cio vt sciamus cui debeat hmõi conditionatum addi in argumentatiõe.

Sophisma mouetur ꝓpt' tres causas

Secundo notandũ. ꝙ circa sophisma supra dictũ. si nihil est aliquid est
habiti sunt modi quinqꝫ accipiendi ly si. sed tamẽ ꝓut facit vnã de con-
ditionato extremo erit ad propositũ. Unde conditionatũ est aggregatũ
ex ly si ꝛ suis ꝯiũgibilibꝰ ꝛ vt sic solum coniungit termios ꝛ nõ ꝓpositio-
nes ꝛ solũ mediãte verbo indicatiui modi ꝛ verbũ quod immediate se
quitur ly si capitur restrictiue. ꝛ negatio q̄ sequitur immediate ly si tenet'
infinitanter. qꝛ cadit suꝑ verbũ restrictũ. sed negatio que precedit capit'
negant'. ꝛ rõ alias seq̄tur distribuendo partem in sophismate ꝙ sophis
ma non haberet ꝯ̄riaꝫ si negatio semꝑ deberet capi infinitãt'. Tercio
notandum. ꝙ ly si ꝓut facit vnam de conditionato extremo denotat ꝙ
terminus sequens ly si natus sit inferre terminũ precedẽtẽ ly si. Cor-
relariũ qñ ly si ponit' in principio ꝓpõnis tũc de rigore nunqꝫ facit vnaꝫ
de conditionato extremo. quia de natura determinationis extendentis
est ꝙ sequatur. sed quando ly si ponitur in medio tunc distinguatur q̇d
faciat. Correlariũ. ly si qñ facit vnã de conditionato extremo ẽ ꝑs extre
mi. q̇a q̄libet cõiunctio in propõne cathegorica ẽ eiusdẽ extremi ꝑs cu-
ius sunt sua coniũgibilia. Correlariũ. q̇a etiã hꝫ sic ꝯiungere t'minos
ꝛ facere vnã de causato extremo vt oĩs hõ quia est rõnalis est risibilis

Conditionatum

Si qñ facit vnã de cõditiõato exp̃mo q̇d denotet.

Consequenter notandum. ꝙ primũ ly est est cathegorema ſm antiq̇s:
ꝛ rõ. q̇a ex q̄ sic est ꝙ ꝯditionatuꝫ ex termino suꝑiori ꝛ inferiori. sequente
inferiori supponit pro qualibet re mundi. sꝫ quia nullꝰ illoꝝ termioꝝ
significat omnem rẽ mundi. ergo oportet ꝙ sit ibi aliquid rõe cuius sup
ponat ꝓ qualibet re mũdi. alias solũ eẽt ad placitũ dicere ꝙ tale ꝯditio-

Primũ ẽ in sophismate ẽ cathegorema

natũ supponere ꝑ qualibet re mundi. Nec contra regulam antiquorũ est quando verbum substantiuũ habet similes casus a parte añ ꝛ a pte post. qꝛ hoc intelligit̃ qũ tale verbum substantiuũ nõ tenet̃ restrictiue

Terminus nõ debet verificari cũ determia tione extendẽte.

Ultimo notandũ ꝙ ly ꝓpõ in sophismate sic verificat̃ hoc est ꝓpõ. qꝛ determinatio extendens nõ dꝛ verificari cũ determiabili. cuius assigna tur cõiter talis rõ. quia alias termin⁹ supponeret ꝑ aliquo qđ nõ signi ficaret. Sed est adhuc alia rõ. qꝛ ille q̃ imponit alicuius cõplexi suppo sitionem nõ imponit eius significationẽ ꝛ naturalr̃ ꝓsupponit ei⁹ signi ficationẽ. idem est ibi. non sortes est in q̃ subiectum supponit ꝑ q̃libet re q̃ non est sortes. vt ꝑ mẽsa. ꝛ tñ ly sortes nõ significat mẽsam neq; ly nõ qꝛ ly nõ nihil significat Correlariũ. Subiectũ sophismatis nõ restri git̃ nõ ex prima pte regule topicalis. qꝛ predicato dẽpto nõ esset termi nus secunde intentionis. etiã alias est restrictũ. Nec ꝑ quartã ptem. qꝛ ꝑdicatum nõ ꝯuenit subiecto ꝑ suo significato ꝛc. Correlariũ. Sub iectum in sophismate nõ alienat̃. licet addat̃ sibi determiatio nõ suppo nens tñ nõ est pure cathegorematica. sed est includens sincathegore. et hoc totum si est impossibilis est determinatio extendẽs. Ubi aduer te ꝙ determinatio extendẽs est determiatio faciẽs totũ aggregatum ex determinatione ꝛ determinabili supponere ꝑ pluribꝫ q̃ȝ sine tali deter minatione supponeret. Et licet ly si est impossibilis nõ extendat ly ꝓpo sitio neq; quo ad suppositũ neq; q̃ ad significatum. tñ facit totũ aggre gatũ supponere ꝑ pluribꝫ. ꝛ ly ꝓpõ in sophismate significat eq̃ multa et supponit ꝑ eq̃ multis ac si nõ poneret̃ secum determinatio extendens.

Determinatio extendens

Correlariũ. dicendo sic. Omne risibile vel rudibile currit. ly vel rudi bile nõ est determinatio extendens. ꝛ licet ꝛc. tñ hoc deficit ꝙ nõ est det̃ minatio. Pro suppositione cuiuslibet cõditionati est sciendum ꝙ sup positio conditionati attẽdit̃ penes vnã copulatiuã cuius vna ps est ca thegorica in qua subijcitur ꝓnomẽ demonstratiuum denotans rẽ ꝑ q̃ tale cõditionatum debet supponere esse. ꝛ ꝑdicatum est ly ens. Secun da pars copulatiue est ꝯditionalis in cuius antecedente subiectũ ẽ ter minus sinonimus cum subiecto prime ptis ꝛ ꝑdicatũ est terminus se quens immediate ly si. Sed consequens talis conditionalis est cathe gorica cuius subiectum est relatiuum referens significatũ prius demon stratũ. Et ꝑdicatum est terminus immediate ꝑcedens ly si. Hec est co pulatiua penes quã attendit̃ suppositio cõditionati. ꝛ de quocũq; hec copulatiua est vera ꝑ omni tali supponit hmõi ꝯditionatũ Uerbi grã dicendo sic. Animal si est homo currit. hoc ꝯditionatũ. animal si ẽ hõ supponit ꝑ qualibet re mundi. quia hec copulatiua hoc est et si hoc est homo ipsum ẽ aial de qualibet re mundi demõstrata ꝑ ly hoc talis co pulatiua est vera. Et ex hac attentione eliciuntur certa correlaria.

Nota hic copulatiuã penes quã attenditur suppõ conditionati.

Regule de suppositione conditionati.

Primum

Primũ Omne cõditionatum ex terminis sinonimis aut cõuertibilibꝫ supponit ꝑ qualibet re mundi vt chimera si est chimera currit. asinus si est asinus mouet̃ homo si est risibilis ambulat. Secundũ. Omne con ditionatum cuius terminus sequẽs ly si nõ est natus supponere ad po test. supponit ꝑ q̃libet re mundi. vt homo si est chimera currit. hõ si est

Secundum

non ens mouetur. Tertiū. Omne conditionatū ex termino supiori et
Tertiū
inferiori inferiore seqnte ly si supponit ꝑ qualibet re mundi. vt aīal si est
homo currit. hō si est sortes ambulat. Quartū. Omne cōditionatum
Quartū
ex termino supiori ⁊ inferiori supiori sequente ly si supponit ꝑ quolibet
suo supposito termini inferioris et ꝑ quolibet supposito qđ nō pōt esse
Quintū
suppositū termini superioris. vt homo si est animal currit. Quintum.
Omne cōditionatū cuius terminus p̄cedens est transcēdens ⁊ termin⁹
sequēs est ꝯnotatiuus nō ꝯuertibilis cū priori nec inferior nec superior
Sextum
ad ipm. supponit ꝑ q̄libet re mūdi. vt ens si est album currit. Sextuꝫ
Omne ꝯditionatum cui⁹ termin⁹ sequēs ly si est trāscendens ⁊ termin⁹
p̄cedens nō natus est supponere ad potest. ꝑ nulla re mundi supponit
Septimum.
vt chimera si est ens currit. Septimū. Subiectū sophismatis suppo
nit ꝑ q̄libet re mūdi q̄uis nō significet quālibet rē mūdi. Prima ps pa
tet. q2 hec copulatiua est vera de qualibet re mūdi hoc est ⁊ si hoc est im
possibile ipm est ꝓpō. Sed secunda pars patet q2 sepi⁹ aliqđ aggrega/
tum significat aliquā rem cuius tn̄ nulla pars eiusdem eandē significat
vt hec copulatū. materia ⁊ forma significat hoiem. ⁊ tn̄ nulla ps signi/
ficat hominē. ⁊ hec sc̄m modernos logicos. sc̄m aūt antiq̄s in tali cōdi/
tionato ponit̄ aliquid qđ sc̄at oēm rē mūdi vt supra visum est in q̄dam
R. ad sophisma.
notabili. His itaq3 visis rn̄det̄ ad sophisma. Primo put est cōditio/
Primo
nalis hn̄s imediate duas cathegoricas q̄ corrn̄dent sophismati vt totū
toti. sed nulla pars pti. in tali sensu sophisma est vex̄ ⁊ necessariū. q2 con
ditionalis bona ꝯn̄a. ⁊ valet tm̄ Si ois ꝓpō est impossibilis. ois ꝓpō est
Secundo.
falsa. Secundus sensus. Capiendo ly si vt facit vnā de cōditionato
extremo put facit vnā cathegoricā. sed distribuēdo solum ptem. tūc so/
phisma est vex̄. ⁊ tūc rōne signi vl'is sic resoluitur. Propō si est impossi/
bilis ē falsa. ⁊ nulla est ꝓpō quin sit falsa si est impossibilis. Vel sic ⁊ me
lius ex quo est mixte q̄ntitatis in tali sensu. de quocunq3 vex̄ est dicere q̄
Tertio.
sit ꝓpō de eodem si est impossibilis verū est dicere q̄ sit falsa. Terti⁹
sensus. In eodem sensu distribuēdo totū sophisma est falsum. q2 vale/
bit tantū omne ens est falsa ꝓpositio. ex quo ꝯditionatū sophismat3 sup
Declarat argumēta ꝯ sensum vex̄ sophis/matis.
ponit ꝑ q̄libet re mundi. Correlariū. Non sequit̄ in sensu concesso et
cathegorico. ois ꝓpō si est impossibilis est falsa. g̊ oīe ens est falsum. q2
vnum cōuertibiliū distribuitur ⁊ alter̄ nō. Correlariū. Non sequit̄
Secundo.
Ois ꝓpō si est impossibilis est falsa. g̊ tm̄ falsum est ꝓpositio si est impos
sibilis. tenet ꝯn̄a ab vl'i ad eius exclusiuam. quia regula intelligit̄ de vni
Tertio.
uersali cuius totale subiectū distribuit̄. Correlarium. Non sequitur
ois ꝓpō si est impossibilis est falsa. ⁊ ꝓpō necessaria est ꝓpō. g̊ ꝓpositio ne
cessaria si est impossibilis est falsa. q2 determinatio extēdens in ꝯclusiōe
Quarto.
deberet poni a pte alterius extremi. Correlarium. Contradictoriū so
phismatis est aliq̄ ꝓpō non si est impossibilis est falsa ⁊ est vera. Et q̄n
arguit̄. hec ꝓpō nō est falsa. ⁊ hec ꝓpō est ꝓpositio si est impossibilis. igit̄
aliqua ꝓpositio nō si est impossibilis est falsa. Rn̄det̄ q̄ arguitur a nō di
stributo ad distributū. Sed si sic cōcluditur ergo aliqua ꝓpō non si est
omne impossibile est falsa. Dicat̄ q̄ determinatio debet addi altero ex/

tremo. vel dicat͛ q̄ tota significatio ꝯsequentis nō dependet ex significatione añcedentis. q̄a illa signa nō si omne denotant in cōsequēte aliq̄ denotatione que nunq̄ in antecedente nec formaliter nec virtual͛r fuit expressa. Correlariū. Adiectiuū pur͛ a parte predicati nō includit substantiuum a pte subiecti cū oibꝫ determinatōibꝫ vl' oimode equaliter restrictum. qꝛ alias illa fieret inepta hō niger est albꝫ. quia valeret tm̄. hō niger est albus niger hō. ꝛ pariter est in sophismate. Quinto.

Utrum ex possibili sequatur impossibile: Notandū q̄ isti termini possibile ꝛ impossibile debent capi ꝓ terminis secundar͛ intentionū. ꝛ ly impossibile est subiectum ex possibili ens quod seq̄tur est ꝑdicatum. ꝛ subiectū nō restringit͛ ex regula topicali. qꝛ ꝑdicatū non cōuenit subiecto ꝛc. Correlariū. Ly impossibile ꝓ termio secūde intētionis est terminus positiu⁹. ꝛ sic nō valet ꝯña. hec ꝓpō est impossibilis igit͛ hec ꝓpō non est possibilis. Nec illa valet Hec est impossibilis. ergo hec est non possibilis. qꝛ eadem mētalis est possibilis naturaliter ꝓprie significans ꝛ impossibilis significādo executiue vel ex impositione. Correlariū. Nulla eadem mentalis ē vera ꝛ falsa. qꝛ d̄t Aristoteles tertio de anīa. Qui nō vnum intelligit nihil itelligit. ꝛ rō quia mētales termini nō sunt nobis equoci naturaliter ꝓprie significando. ꝛ sensus ꝓpōnis ē mentalis alias vna mentalis haberet aliā mentalē. ꝛ qꝛ ꝓpō dicit͛ mentalis inq̄tum intellectus fert͛ in eā aliq̄ mō ꝛ simul ꝛ semel solū fertur in vnum sensum ꝑ idem obiectum. Sed quando intellectus fertur in aliquam ꝓpōnem capiendo iam negationem negāter. iam infinitanter tūc nō erit eadem mentalis. Correlariū. Ly sequit͛ in titulo ipoꝛtat actū de rigoꝛe qꝛ est p̄ntis tp̄is. Per hoc respōdet͛ ad questionē ꝫm veriorē opinionē tenēdo vicꝫ q̄ ꝓpōnes sint multiplices q̄stio ē vera ꝛ ambo extrema supponūt ꝓ illa. hō ē asinus q̄ sequitur ex illa . non de⁹ ē in bona ꝯña. Sed ad Mar. primo poꝛ͛ q̄ dicit oppositū. Respōdet͛ q̄ voluit q̄ ex nullo añcedenti possibili natū est seq̄ ꝯñs impossibile. vt sic. i. inq̄tum añs ē possibile ꝛ ꝯñs impossibile Et ē rō. quia possibili posito in esse nullum sequit͛ impossibile. alias ex vero sequeret͛ falsuꝫ quod nō debet fieri. qꝛ habitudo ꝯñtis debet dependere ab habitudie añcedentis. Secūdo dicēdū. q̄ etiam illa ē vera ꝫm illā viam. ex possibili inq̄tum possibile sequit͛ impossibile ex superiori causa. Tertiō dicendum. tenēdo q̄ ꝓpōnes non sint multiplices tūc questio ē falsa. qꝛ nunq̄ valet ꝯña q̄n antecedens est possibile ꝛ consequens impossibile. Quarto dicendum ꝫm ambas vias illa ē falsa. ex possibili sequit͛ impossibile in sensu in quo antecedens est possibile ꝛ consequens impossibile. Et hec est conclusio respōsalis ꝛ intentio autoꝛis. Correlariū. Q̄n Hugo dicit in ista q̄stione ex necessario nihil sequit͛ nisi necessariū intelligit de necessario simpl͛r. Correlariuꝫ. Solū ex illo possibili q̄ð vltra sensum ver͛ habet falsum sequit͛ impossibile. et ex nullo possibili necessario sequitur impossibile. Correlariū. Circumscribendo multiplicitatē

Possibile ꝛ impossibile sunt termini secūde intentionis.

R. ad questionem Primo

Secundo.

Tertio

Quarto

ꝓpositionum ex possibilibus non sequit̄ impossibile. licet illa sit bona cō
sequentia. omne currēs est asinus. ⁊ oīs homo currit. ğ omnis homo
est asinus. tñ añs non est p̄misse sed antecedēs est p̄misse vna cum nota

Possibili posito in eē nullū seq̄t̄ ipossibile.

⁊ hoc est vnum possibile. Consequenter notandū. ꝙ regula p̄mo pri
orū Aristotelis viꝫ Possibili posito in esse nullū sequit̄ impossibile sic
intelligit̄. i. ex ꝓpōne que est de inesse alicuius ꝓpōnis possibilis penes
quam attendit̄ veritas eius nō sequitur impossibile. Correlarium.
Questio sic habet cōuerti. igitur qḋ ex possibili sequitur est impossibile
⁊ nō sic. ergo ex impossibili sequitur possibile. q̄ꝛ ex toto predicato nō fit
subiectum. Neqꝫ sic habet cōuerti. ğ qḋ sequitur ex possibili est ipossibi
le. vel sic. ex possibili sequēs est impossibile. Et nō sic. sequēs ex possibi
li est impossibile. q̄ꝛ sit cras solum illa. nō deus est ⁊ ꝓpōnes sint multi
plices. antecedens est verꝝ ⁊ ꝯñs falsum. q̄ꝛ ꝯñs valet tantū ꝙ ex possi
li eo tp̄e quo est possibile sequitur impossibile. Correlariū. Non seq̄
tur añcedens est vna copulatiua affirmatiua cuius quelibet pars ē pos
sibilis. ğ ex possibili sequitur impossibile. quia añs vt sic erit vna ꝓposi
tio impossibilis ꝑ hoc ꝙ partes repugnant Correlariū. Illa ꝯña. tu
es asinus. ergo homo est asinus bñ valet demōstrādo hoiem. ⁊ quādo
ꝓbatur añs. te esse asinū est aliquid. ğ tu es asinus. ⁊ iterꝝ ꝓbando añs
te esse asinum est a te negandū. ğ te esse asinum est ens. ab est tertio adia
cente ad est secundū adiacens negetur vltima ꝯña. q̄ꝛ arguitur a suppo
sitione ꝑsonali ad materialem Correlariū. Nō seq̄tur. sortes dicit ho
minē esse asinū ğ homo q̄ est asinus dı̄ꝛ a sorte. neqꝫ arguit̄ ab actiuo ad
passiuum. q̄ꝛ subiectum nō est terminus transcendēs. ⁊ ly hoiem esse asi
num in añcedente stat materialiter. ⁊ in ꝯñte ꝑsonaliter. Correlariū
Arguendo sic. Hoc est hō ⁊ hoc est asinus. ğ hō est asinus. ⁊ q̄rendo ḋ
bonitate ꝯsequentie ⁊ idē demōstrando ⁊ lateat dmōstratio. dicatur ꝙ
dubiuꝫ est an ꝑtes sint vere. Sed nō est dubiū quin tota copulatiua sit
falsa ⁊ impossibilis Correlariū. Nō sequitur tu nō es aliud q̄ꝫ hō ru
dibilis. ğ tu es asinus. q̄ꝛ añs est verū. q̄ꝛ nega tiua cuius vnū extremo
rū ꝓ nullo supponit. Et qñ arguitur tu nō es aliud q̄ꝫ hō rudibilis et
tu es. ğ tu es idem qḋ homo rudibilis. Rñdetur ꝙ debet sumi cōstan
tia etiam alioꝝ terminoꝝ ibi positoꝝ. vt sic homo rudibilis est. et tūc be
ne valet. Correlariū Bene sequitur. equus meus nō potest comedere
ergo hō est asinus. quia añs est impossibile. Etiā bene sequitur. oīs hō
potest esse currens. ğ homo est asinus. q̄ꝛ añs ē impossibile. q̄ꝛ valet tā
tum oīs hō q̄ pōt esse potest esse currēs qḋ pōt esse. ⁊ sic hō posset eē asi

Circumscribere multiplicitatē ꝓpōnum.

nus. Correlariū. Circūscribere multiplicitatem ꝓpōnum est eandē
vocalem vel scriptam. vel etiam mentalem nō naturalr̄ ꝓprie significā
tem nō habere plures mētales naturaliter ꝓprie significantes sibi inui
cem nō cōicantes ⁊ nō sinonimas. Dicitur n̄ cōicantes ꝓpter hoc si sup
ponitur ꝙ ꝑs ꝓpōnis sit ꝓpositio. Dicitur naturaliter ꝓprie significātes
quia eadem ꝓpō potest habere plures mentales. Unam naturalit̄ cōi
ter significantem ⁊ vnam proprie naturaliter significantem. Et vnā ad
placitum ꝯsecutiue significantem.

De cõseq. octauũ Sophiſ.

Sophiſma.

Iſta conſequentia eſt bona. ergo homo eſt aſinus

Notandum q̄ ly iſta in ſophiſmate debet demõſtrare ipſum ſophiſ
ma met cuius eſt pars. Hec fuit intentio autoris. licet poſſit etiã quecũ
q̄ cõſequentia demõſtrari. Secũdo notandũ Quando in aliqua ꝓ
poſitione ponitur ꝓnomen demõſtratiuũ habens ſecũ expreſſe ſubſtã
tiuũ ſignificans ꝓpõnem tunc indifferenter poteſt demõſtrari vocalis
ſcripta vel mentalis. Correlarium. Sophiſma eſt multiplex ꝓpter ꝓ-
nomen demõſtratiuũ ꝑ quod poſſumus diuerſa demõſtrare ⁊ ipm̄ eq̃
uocare. Tertio notandũ q̄ Hugo circa illud ſophiſma supponit re Hugo ſuppõit aliq̃s
gulas. Primo q̄ identitas nũeralis ꝓpõnis vocalis vel ſcripte nõ argu regulas Primo
atur ex eius mentali. hoc eſt ſtat idẽ ſcriptũ habere plures mẽtales.
Secundo q̄ ps ꝓpõnis ſupponat ꝓ propoſitione cuius eſt ps. q2 ali- Secundo
as ſophiſma eſſet bona ꝯña. ⁊ añs eſſet impoſſibile in primo ſenſu.
Tertio q̄ ꝓnoĩa ſint in mente. quia alias certum eſſet q̄ añs eſſet verũ Tercio
⁊ cõſequens falſum. q2 valeret tantũ. in mente aliqua ꝯña eſt bona. igit
homo eſt aſinus. Item ſupponit alias regulas. Primũ q̄ conceptus
⁊ ꝓpões mentales non ſint a nobis imponibiles. quia illud quod eſt
a nobis imponibile ſignificat nobis ad placitum. Secundũ q̄ conce-
ptus eſt imutans inſtrumentabile potentie inferioris. Tertium q̄ rei
non cadentis ſub ſenſu poſſit formari ꝯceptus ſingularis. Conſeq̄n Si ſophiſma ſit ꝓpõ
ter notandũ. Si ꝑ ly iſta in ſophiſmate dmõſtrat̃ ſophiſma vocale tũc cathegorica
